

Amicij Manilij Severini Boetij viri clarissimi traductio Isagogarū Porphyrij Phoenicis et in translationem commentarium.



Secundus hic arrepte expositionis labor nostre seriem translationis expediet: in qua quidem vereor ne subierim fidi interpretis culpam, cum verbum verbo expressum comparatumque redderim. Cuius incepti ratio est: quod in his scriptis in quibus rerum cognitio queritur: non luculente orationis le-

pos: sed incorrupta veritas exprimenda est. Quocirca multum profecisse videor: si philosophiæ libris latina oratione compositis per integerrime translationis sinceritatem nihil in grecorum litteris amplius desideretur. Et quoniam humanis animis excellentissimum bonum philosophiæ comparatum est: ut vie et filo quodam procedat ratio: ex anime ipsius efficientiis ordinatum est. Triplex anime omnino vis in vegetandis corporibus deprehenditur. Quarum una quidem vitam corpori solum subministrat: ut nascendo crescat: alendoque subsistat. Alia vero sentiendi iudicium prebet. Tertia vi mentis et ratione subnixta est. Quarum quædam præ id officium est: ut creandis nutriendisque corporibus preesto sit. Nullum vero rationis preestet sensus ve iudicium. hec autem est herbarum atque arborum: et quicquid terre radicibus affixum tenetur. Secunda vero composita atque coniuncta est: et primam sibi sumens et in parte constituens: varium de quibus capere potest: ac multiforme iudicium capit. Omne enim animal quod viget sensu: nutritur idem et nascitur et alitur. Sensus vero diversi sunt: et usque ad quinarium numerum tendunt. Ita quicquid alitur tantum non etiam sentit: quod vero sentire potest: ei prima quoque anime vis nascendi. scilicet atque nutriendi probatur esse subiecta. Quibus vero animalibus sensus adest: non tamen eas rerum capiunt formas: quibus sensibili corpore feruntur presente: sed absente quoque sensibilibusque sensu sepositis ante cognitarum sensus formarum imagines tenent: memoriamque conscriunt: et prout quodque animal valet: longius breviusque custodit. Sed has imaginationes confusas atque incipientes sumunt: sic ut nihil ex earum coniunctione ac compositione efficere possint. Atque ideo meminisse quidem possunt nec eque omnia. Amissam vero oblivione memoriam recolligere ac reuocare non possunt. futuri vero his nulla cognitio est. Sed anime vis tertia que secus vires alendi ac sentiendi trahit: hisque velut famulis atque obedientibus utitur eadem tota in ratione est constituta: eaque vel in rerum presentium firmissima contemplatione: vel in absentium intelligentia: vel in ignorantium inquisitione atque inventione versatur: hec tamen humano generi preesto est: quod non solum sensus imaginisque perfectas et non inconditas capit: sed et pleno actu intelligentie quod imaginatio suggestit: explicat atque confirmat. Itaque ut dictum est huic diuine nature non ea tantum in cognitione sufficiunt: que subie-

cta sensibus comprehendit: verum etiam imaginatio ne concepta: et insensibilibus: et absentibus rebus nomina indere potest: et quod intelligentie ratione comprehendit: vocabulorum quoque positionibus aperit: illud quoque ei nature proprium est: ut per ea sibi que nota sunt ignota vestiget. et non solum unumquodque an sit sed quid sit et: et quale sit necnon cur sit os agnoscere. Quam triplicis anime vim sola hominum (ut dictum est) natura sortita est. Cuius anime vis intelligentie motibus non caret: quia in his quattuor proprie vis rationis exercet. Aut enim aliquid an sit inquit: aut si esse constiterit: quid sit id dubitat. Quod si etiam utriusque scientiam ratione possidet: quale sit unumquodque vestigat: atque in eo cetera accidentium momenta perquirat: quibus cognitis cur ita sit queritur: et ratione nihilominus vestigatur: cum igitur hic actus sit humani animi ut semper aut in presentium rerum comprehensione. aut in absentium intelligentia: aut in ignorantium inquisitione atque inventionem versetur. Duo sunt in quibus omnem operam vis anime ratiocinantis impendit. Unum quidem ut rerum naturas certa inquisitionis ratione cognoscat. Alterum vero ut ad scientiam prius veniat quam post gravitas moralis exerceat: quibus inquirendis permulta esse necesse est: que vestigantem animum a recti itineris non minimum progressione deducant: ut in multis euenit epicuro qui at hominis mundum constare putabat: et honestum corporis voluptate metiebatur. Hec autem ideo huic atque alijs accidisse manifestum est quoniam per imperitiam disputandi quicquid ratiocinatione comprehenderat hec in res quoque ipsas euenire arbitrabantur: hic vero magnus error est: neque enim sese res ut in numeris ita etiam in ratiocinationibus habet. In numeris enim quicquid in digitis recte computantis euenit: id sine dubio in res quoque ipsas necesse est euenire: ut si ex calculo centus esse contigerit: centum quoque res illi numero subiectas esse necesse est: hoc vero non eque in disputatione seruatur: neque enim quicquid sermonum decursio inuenit: id in natura quoque affirmatum tenetur. Quare necesse erat eos falli: qui abstracta scientia disputandi de rerum natura perquiret et nisi enim prius ad scientiam venerit: que ratiocinatio veram teneat disputandi semitam. que verisimile et agnouerit que fida: que possit esse suspecta: rerum incorrupta veritas ex ratiocinatione non potest inueniri. Cum igitur veteres sepe multis lapsi erroribus falsa quedam et sibi contraria in disputatione colligerent atque id fieri impossibile videretur: ut de eadem re contraria conclusione facta utraque essent vera que sibi dissentiens ratiocinatio conclusisset. cuius ratiocinatione credi oporteret esset ambiguum: visum est prius disputationis ipsius veramque integram considerare naturam: qua cognita illud quoque per disputationem inueniretur: et an verum comprehensum esset: posset intelligi. Hic igitur perfecta est logice prædicta disciplina: que disputandi modos atque ipsas ratiocinatione sternoscendi vias parat: ut que ratiocinatio nunc quidem falsa nunc autem vera sit: que vero semper falsa: que nunquam falsa possit agnosci. Huius autem vis duplex esse præpendit. una quædam inveniendæ: altera in indicandæ: quod Marcus Tullius in eo libro cui topica titulus est: euidenter expressit dicens. Cum omnis ratio diligens differendi duas habeat partes: unam inveniendæ: alteram indicandæ: utriusque princeps (ut mihi videtur quidem) Aristoteles fuit. Stoici autem in altera elaborauerunt. Judicandi enim vias diligenter perse-

Secunda editio In porphi.

cuti sunt eam scientiam quā dialecticē appellant: inueniendi vero artem que topice dicitur: queq; ad vsum potior erat: et ordine nature certe prior: totam reliquerunt. Cuius autem quoniam in vtraque summa utilitas est: et vtramque si erit otium persequi cogitamus: ab ea que prior est: ordiemur. Cum igitur tantus huius considerationis fructus sit: danda est huic tam solertissime discipline tota mentis intentio: ut primis firmitatis in disputandi veritate vestigijs: facile ad rerum ipsarum certam comprehensionem venire possimus. Et quoniam quid sit ortus logice discipline predictum esse reliquum videtur adiungere: an omnino pars que dā sit philosophiæ an (ut quibusdā placet.) suppellex atq; instrumentum: per quod philosophia cognitionem rerum naturamq; deprehendat. Cuius quidem rei has e contrario video esse sententias. Cui enim qui partem philosophiæ putant logicam considerationem: his fere argumentis vtuntur dicentes: philosophiam indubitanter habere partes: speculatiuam: atq; actiuam. De hac tertia rationali. i. logica queritur an sit in parte ponenda: sed eam quoque partem esse philosophiæ non potest dubitari. Cuius sicut de naturalibus ceterisque sub speculatiua positis solius philosophiæ vestigatio est: itemque de moribus ac de reliquis que sub actiuam partē cadūt sola philosophia perpēdit: ita quoque de hac parte tractat. i. de his que logice subiecta sunt sola philosophia iudicat. Quod si speculatiua atq; actiuam iccirco philosophiæ partes sunt quia de his philosophia sola pertractat: propter eandem causam erit logica philosophiæ pars: quoniam philosophiæ soli hec disputandi materia subiecta est. Ita vero inquirunt cum in his tribus philosophia versetur. Cumque actiuam et speculatiuam considerationem subiecta discernant: quod illa de rerum naturis: hec de moribus querit: dubium non est quin logica disciplina a naturali atq; morali sue materie proprietate distincta sit. Et enim logice tractatus est de propositionibus atq; syllogismis et ceteris huiusmodi: quod neque ea que non de ratione sed de rebus speculatur. Neque actiuam partem que de moribus inuigilat: eque prestare potest. Quod si in his tribus idest speculatiua actiuam atq; rationali philosophia consistit: que proprio triplicique a se sine disuncta sunt. Cumque speculatiua et actiuam philosophiæ partes esse videntur: non dubium est quin rationalis quoque philosophiæ pars esse conuincatur. Qui vero non partem sed philosophiæ instrumentum putant: hec fere afferunt argumenta. Non esse inquirunt similem logice finem speculatiue atq; actiue partis extremo. vtraque enim illarum ad suum proprium terminum spectat: ut speculatiua quidem rerum cognitionem. Actiuam vero morem atq; instituta perficiat. Neque altera refertur ad alteram. logice vero finis non potest esse absolutus: sed quodammodo cum reliquis duabus partibus colligatus: atq; constrictus est. Quid enim est in logica disciplina: quod suo merito debeat optari nisi quod propter inuestigationem rerum huius effectio artis inuenta est. Scire enim quemadmodum argumentatio concludatur vel que vera sit que verisimilis: ad hec scilicet tendit: ut vel ad cognitionem rerum referatur hec rationum scientia: vel ad inueniendam ea que in exercitium moralitatis adducta beatitudinem pariunt. Atque ideo quoniam speculatiue atq; actiue sunt certusque finis est. Logice autem ad duas reliquas partes refertur extremum: manifestum est non eam esse

philosophiæ partem sed potius instrumentum. Sunt vero plura que ex alterutra parte dicantur: quorum nos ea que dicta sunt strictim notasse sufficiat. Hanc litteram vero tali ratione discernimus. Nihil quippe dicimus impedire ut eadem logica partis vice simul instrumentique fungatur officio. Quoniam enim ipsa suum retinet finem: isque finis a sola philosophia consideratur. Pars quidem philosophiæ ponenda est esse: quoniam vero finis ille logice quem sola speculatur philosophia: ad alias eius partes suam operam pollicetur: instrumentum esse philosophiæ non negamus. Est autem finis logice inuentio iudiciorum rationum. quod quidem scilicet non esse mirum videbitur: quod eadem pars et eadem quoddam ponitur instrumentum. Si ad partes corporis animum reducimus quibus et fit aliquid ut his quasi quibusdam instrumentis vtamur: et in toto tamen corpore partium optinent locum. Manus enim ad tractandum: oculi ad videndum: ceteraque corporis partes proprium quoddam videntur habere officium. Quod tamen si ad totius utilitatem corporis referantur: instrumenta quedam corporis esse deprehenduntur: que etiam partes esse nullus abnuerit. Itaque logica disciplina pars quedam philosophiæ est quoniam eius philosophia sola magistra est. Suppellex vero est. quod per eas inquisita philosophiæ veritas vestigatur. Sed quoniam quantum mihi quidem breuitas succinta largita est ortum logice et quid ipsa logica esset explicauit. Nunc de eo libro nobis pauca dicenda sunt: quem in presens sumpsimus exponendum. Titulo enim proponit Porphyrius introductionem seipsum Aristotelis predicamenta conscribere. Quid vero valeat hec introductio vel ad quid lectoris animum pareat breuiter explicabo. Aristoteles enim qui de decem predicamentis inscribitur librum hac intentione composuit ut infinitas rerum diuersitates que sub scientiam cadere non possunt paucitate generum comprehenderet: atque id quod per incomprehensibilem multitudinem sub disciplinam venire non poterat: per generum (ut dictum est) paucitatem animo fieret scientiæque subiectum. Decem igitur genera rerum esse omnium considerauit Aristoteles. i. vnam substantiam et accidentia nouem: que sunt qualitas: quantitas: relatio vbi quando: facere: et pati situs: habere. quoniam que genera essent suprema et quibus nullum aliud superponi posset genus. Omnem necesse est multitudinem rerum per horum decem generum species inueniri. Que quidem genera omnibus a se differentiis distributa sunt. Nec quicquam videntur habere commune: nisi tantum nomen: quoniam omnia cum esse predicantur: Quippe substantia est: qualitas est: quantitas est: et de alijs omnibus est verbum communiter predicatur: sed non est eorum cōis vna substantia vel natura: sed tamen nomen. Itaque decem genera ab Aristotele reperta omnibus a se differentijs distributa sunt. Sed que aliquibus differentijs distinguuntur necesse est ut habeant proprium quoddam: quod ea in singulare solitariamque veditet formam: illud est autem idem proprium quod accidens. Accidentia. n. et venire et abesse possunt: propria vero ita sunt insita: ut absque his quorum propria sunt esse non possunt. que cum ita sint: cumque Aristoteles decem repperisset: que vel intelligendo mens caperet: vel loquendo disputator efficeret (quicquid enim intellectu capimus: id ad alterum sermone vulgamus) Euenit ut ad horum decem predicamentorum intelligentiam quinq; harum rerum tractat incurreret. s. generis: speciei: differentiæ: proprii accidentis. Generis. quidem quoniam oportet ante predicare quod fit genus

*Logica respicit
sua sui non
est utilis*

fit genus: vt decem illa que Aristoteles ceteris prepo-
 suit rebus: genera esse possemus agnoscere. Speciei
 vo cognitio plurimum valet: vt que cuiusq; generis
 fit species possit agnosci. Si enī quid sit species igno-
 ramus: nihil impedit errore turbari: fieri enī potest
 vt per speciei inscientiam sepe quantitatis species in
 relatione ponamus & cuiuslibet primi generis species
 alteri generi subdamus: atq; ita fiet permixta rerū
 atq; indiscreta confusio. qđ ne accidat que sit natura
 speciei ante noscendus est. Nec vero in hoc tm̄ pdest
 speciei cognoscenda natura: ne priorum generum spe-
 cies inuicem permutemus. Verum etiam vt in eodē
 quolibet genere proximas species generis nouerim⁹
 eligere: vt ne substantie mor animal dicamus eē spe-
 ciem potius q̄ corpus: aut corporis hominem poti⁹
 q̄ animatum corpus. At vero differentiarum: sciētia
 in his maximum retinet locum. Quomodo enim oīo
 qualitatem a substantia vel cetera a se genera dista-
 re cognoscimus nisi eorum differentias viderimus.
 Quomodo autem discernere eorum differentias pos-
 sumus: si quid ipsa sit differentia nesciamus. Nec hūc
 solum nobis in scientia differentie effundit errorem
 verum etiam specierum quicquid tollit omne iudiciū
 illam omnes species differentie informant. Ignora-
 ta differentia species quoq; necesse ē ignorari. Quo-
 modo vero fieri potest: vt quālibet differentiam pos-
 simus agnoscere si omnino que sit nominis huius si-
 gnificatio nesciamus. Jam vero proprii tantus vsus
 est: vt Aristoteles quoq; singulorum predicamentoz
 propria perquisierit. que propria esse quis deprehē-
 derit: anteq; quid omnino sit proprium discat. Nec ī
 his tantum hec cognitio proprii valet que singulis
 nominibus efferuntur: vt in hominis risibile: verum
 etiam in his que adhibentur in locum definitionis:
 Omnia enim propria que adhibentur ad defini-
 tionem substantialem: rem subiectam quodam ter-
 mino descriptionis includunt. quod suo quoq; loco
 opportunus commemorabo. Accidentis quoq; cog-
 nitio quantum asserat: quis dubitare queat: cū videat
 inter decem predicamenta nouem accidentis natu-
 ras. Que quomodo accidentia esse putabim⁹: si oīo
 quid sit accidens ignoramus. Cum presertim nec dif-
 ferentiarum nec proprii scientia cognita sit: nisi acci-
 dentis naturam firmissima consideratione teneam⁹.
 fieri enim potest vt differentie loco vel proprii per in-
 scientiam accidens apponatur: quod esse viciosum ē.
 definitiones probant. que cum ipse ex differentijs cō-
 stent. Et fiant vniuscuiusq; proprie: accidens tamen
 non videntur admittere. cum igitur Aristoteles rez
 genera collegisset que numerum diuersarū sub se spe-
 cierum continerent. que species nunq; diuerse forēt
 nisi differentijs segregarentur. Cumq; omnia in sub-
 stantiam atq; accidens: accidens vero in alia predica-
 menta soluisset. Cumq; aliquorum predicamentorum
 sit propria persecutus: de his ipsis quidem predicamē-
 tis docuit. Quid vero esset genus: & quid species: qđ
 differentia quid illud accidens: de quo nunc dicendū
 est: vel quid proprium velut nota preterijt. Ille igitur
 ad predicamenta Aristotelis venientes: quid significa-
 ret vnumquodq; eorum: que superius dicta sunt: igno-
 rarent hunc librum Porphyrius de earū quinq; rez
 rum cognitione perscripsit. quo perspecto & conside-
 rato quid vnumquodq; eorum que supra posuit: desi-
 gnaret: facili⁹ intellect⁹ ea que ab Aristotele prepo-
 nerentur adisceret. Nec quidem intentio est huius

libri quem Porphyrius ad introductionem predica-
 mentorum se conscripsisse ipsa (vt dictum est) tituli
 inscriptione signauit. Sed licet ad hoc vñ hui⁹ libri
 referatur intentio: non tm̄ simplex est eius intentio sed
 multiplex. & ī maxia quoq; diffusa est. quā idē Por-
 phyrus in principio huius libri cōmonet dicēs.

Cum sit necessarium chrysaori & ad eam que est
 apud Aristotelem predicamentorum doctrinam
 nosse quid sit genus: quid differentia: quid species
 quid proprium: & quid accidens. & ad definitionū
 assignationem. & omnino ad ea que ī diuisione vel
 in demonstratione sunt. vtili istarum rerum specu-
 latione compendiosam tibi traditionem faciēs tē-
 tabo breuiter. velut introductionis modo: ea que
 ab antiquis dicta sunt aggredi. altioribus quidem
 questionibus abstinens. simpliciores vero medio-
 criter coniectans.

Utilitas hui⁹ libri quadrifariā spargitur: namq; ad
 illud etiam ad quod eius libri dirigitur intentio: ma-
 gno vsui legentibus est: & ad cetera que cum extra in-
 tentionem sunt non tamen minor ex his legentib⁹ vti-
 litas comparatur. Est enim per hoc opusculum & pre-
 dicamentorum facilis cognitio: & definitionum inte-
 gra assignatio: & diuisionum recta perspectio: & de-
 monstrationum veracissima conclusio. Que res quā-
 to difficiles atq; ardue sunt: tanto perspicatorem stu-
 diosiorēq; animum lectoris expectant. Dicendum
 vō ē qđ ī oib⁹ libris euenit. Nam primū si que sit intē-
 tio cognoscat: q̄sta quoq; vtilitas inde puenire possit
 expedire. & licet extra multa (vt fit) huiusmodi librum
 sequatur: tamen illam permaxime vtilitatem videt
 habere: ad quid eius refertur intentio vt in hoc ipso
 libro quem sumpsimus exponendum cū eius intentio
 sit ad predicamenta intellectum facilem comparandi
 non dubium est quin hec eius principalis probeēt vti-
 litas licet non minores sint comites diffinitio: diuisio
 ac demonstratio. Quorum nobis: principia suggerū-
 tur quedā. sensus vero totus huiusmodi est: cum sit
 inquit vtilis generis: speciei: differentie. proprii: ac-
 cidentisq; cognitio ad predicamenta Aristotelis: eius
 q; doctrinā ad definitionum etiam assignationem: &
 ad demonstrationem: & ad diuisionem: quia sit earū
 rerum vtilis vberriūq; cognitio. compendiosam in-
 quit traditionē faciēs ea que ab antiquis large ac dif-
 fuisse dicta sunt: temptabo breuiter aperire. Illeq; n.
 esset cōpēdiōsa: nisi totū opus breuitate constringe-
 ret. Et qm̄ introductionē scribebat: altiores iquit que-
 stiones spōte refugiā: simpliciores vero mediocriter
 cōiectabo. i. simpliciorū qđnū obscuritatem habita in
 eis quadam cōiectura ratiocinatione tractabo. Tota
 qđ sentētia huiusmodi pbemij talis est: que & vti-
 litate vberriū & facilitate scipiētis aīo blandiatur.
 Sz dicēdū videt qđ nā celet āplius altitudo sermo-
 nū necessariū ī latio h̄mōe sicut ī greco ἀνάγκαιον
 plura significat. Diuersa. n. significatione. Marcus
 Tulli⁹ dicit necessariū suū eē aliqū atq; nostz. Itē
 necessariū dicimus vt cū necessariū eē nobis dicim⁹
 ad soz descendere: q̄ ī voce quedā vtilitas significat.
 Alia quoq; significatio ē q̄ dicim⁹ solē necessariū esse
 moueri. i. necesse eē: & illa quidē p̄ia significatio p̄ter-
 mittēda ē. Oīo enī ab eo necessario: qđ hic Porphy-
 ri⁹ pōit aliena ē. De vō due h̄mōi sūt: vt iter se cer-
 tare videāt. q̄ hui⁹ loci opteat significatōez. ī quo d.

*Stropus libri
 dicit vtilitatis*

*Necessarij sig-
 nificationis*

Secunda editio In porphi.

cit Porphyrius. Cum sit necessarium chrysaori: nam
q3 (vt dictum est) necessarium et utilitatem significat
et necessitatem. Videntur autem huic loco vtraque cō
gruere. Nam et summe utile est ad ea que superius di
cta sunt: de genere et specie et ceteris disputare: et sū
ma est necessitas: quia nisi sint hec ante precognita: il
la ad que ista preparantur: non possunt cognosci que
predicamenta dicuntur. Nam neque preter cognitiones
generis et speciei predicamenta discuntur. Nec diffi
nitio genus relinquit et differentia: et in ceteris quam
sit utilis iste tractat: cum de diuisione et demonstratio
ne disputabit apparebit. Sed quod quod necesse erit hec
quinque de quibus hic disputandum est prius ad cogni
tionem venire: quam ea quibus illa preparantur: non
tamen ea significatione hic a Porphyrio positum est
qua necessitatem significare vellet: ac non potius uti
litatem. ipsa enim oratio contextusque sermonum id cla
rissima intelligentie ratione significant. Neque enim quod
quam ita utitur ratione: vt aliquam necessitatem re
ferri dicat ad aliud. Necessitas enim per se quidem est
utilitas vero semper ad id quod utile est: refertur: vt
hic quoque. Ait enim cum sit necessarium chrysaori: et
ad eam que est apud Aristotelem predicamentorum
doctrinam. Si hic igitur necessarium utile intelliga
mus: et id nomine ipso vertamus dicentes: cum sit uti
le chrysaori et ad eam que est apud Aristotelem: pre
dicamentorum doctrinam: nosse quid sit genus et ce
tera recte intelligentie sermonum ordo conuenit. sin
vero id ad necesse permutetur: vt dicamus cum sit
necessarium chrysaori et cetera: recte intelligentie
sermonum ordo non conuenit. Quo circa hic diu
cius inuicandum non est. Quod quod enim sit summa neces
sitas his ignoratis non posse ad ea: ad que hic tracta
tus intenditur perueniri: non tamen de necessitate hoc
dictum est necessarium: sed potius de utilitate. Nunc
vero licet idem superius dictum sit: tamen breuiter quod
ad predicamenta generis: speciei: differentie. proprii
atque accidentis proficit cognitio disputemus. Aristote
les enim in predicamentis decem genera constituit re
que de cunctis alijs predicarentur vt quicquid ad signi
ficationem venire posset: id si integram significatio
nem teneret: cuiuslibet eorum subiceretur generi. De
quibus aristoteles tractat in eo libro. qui de decem pre
dicamentis inscribitur. hoc ipsum vero referri ad ali
quid velut ad genus: tale est: quale est si quis speciem
supponat generi. Hoc vero neque preter cognitionem
generis et speciei vilo modo fieri potest: nec vero ipse
species quid sint: vel cuius magis sint: possumus agno
scere. Illi eorum differentie cognoscantur. Sed dif
ferentiarum natura incognita: que vniuersiusque spei
sint differentie: modis omnibus ignorabitur. Quare
sciendum est quoniam si de generibus Aristoteles tra
ctat in predicamentis: generum natura cognoscenda est
cuius cognitionem speciei quoque committat agnitio.
Sed hoc cognitio: quid sit differentia: non potest igno
rari: quod quod eodem libro plura sunt: ad que nisi maximam
peritiam et generis et speciei et differentie lector attu
lerit: nullus omnino intellectus patebit: vt cum ipse
Aristoteles dicat Diuersorum generum et non subal
ternatim positorum diuersa sunt specie differentie quod
his ignoratis intelligi impossibile est: sed idem Aristo.
proprium vniuersiusque predicamenti diligentissima
inquisitione vestigat: vt cum substantie proprium post
multa dicit esse: quod idem numero contrariorum susce
ptibile sit vel rursus quantitatis: quod in ea sola equum

atque inaequale dicatur: qualitatis etiam: quod per eam si
militate atque dissimile aliud alijs esse proponimus: et in ce
teris eodem modo: vt que sit contrarij proprietatis: que
sunt relatione oppositionis: et que priuationis et habi
tus: que affirmationis et negationis: in quibus ita tra
ctat tanquam iam peritis scientibusque. que sit propieta
tis natura: quam si quis ignorat: frustra ea que de his
disputantur aggreditur. Jam vero illud manifestum
est: quod accidens maximum predicamentorum obtineat
locum: quod proprio nomine nouem predicamenta cir
cundat: et ad predicamenta quidem quanta sit huius
libri intentio ex his manifestum est. Quid vero ait: et
ad assignationem diffinitionum facile cognosci potest
si prius substantie rationum diuisio fiat. substantie ra
tio alia quidem in descriptione ponitur. Alia vero in
diffinitione. sed ea que est in descriptione: proprietate
tem quandam colligit eius rei: cuius substantie ratio
nes prodit: ac non modo proprietate id quod demonstrat
informatur: verum etiam ipsa sit proprium: quod in dif
finitionem quoque venire necesse est. Si quis enim qua
titatis rationem reddere velit: vt dicat: licet: quan
titas est secundum quam equale atque inaequale dicitur.

Sicut igitur proprietatem quidem quantitatis in ratio
ne posuit quantitatis: et ipsa tota ratio ipsius quanti
tatis propria est: ita descriptio et proprietates colligit
et ipsa propria sit descriptio. Diffinitio vero ipsa quidem
propria non colligit: sed ipsa quidem sit ipsa diffinitio
Nam qui substantiam monstrat: genus differentijs
iungit: et ea que per se sunt communia atque multorum in
vnum redigens vni speciei quam diffinit reddidit equa
lia. Ita igitur ad descriptionem utilis est proprii cognitio
quam proprietates sola in descriptione colligit: et ipsa sit
propria sicut diffinitio quoque ad diffinitionem vero ge
nus: quod primum ponitur: et species ad quam genus illud apta
tur: et differentie quibus iunctis cum genere species dif
finit: sed si cui hec pressiora quam expositionis modus ex
postulat: videbuntur: hoc cum scire conuenit nos (vt in
prima editione dictum est) hanc expositionem nostro
reseruasse iudicio: vt ad intelligentiam simplicem hu
ius libri editio prima sufficiat. Ad interiorum vero spe
culationem confirmatis pene iam scientia nec in sin
gulis vocabulis rerum herentibus: hec posterior editio
collocat. Ad diuisionem vero faciendam tamen hic liber Isa
gogae utilis est. vt preter earum scientiam re: de quibus in
hac libri serie disputat: casu fiat potius quod ratione parti
tio. Hoc autem manifestum erit si diuisionem ipsam di
uidam. id est si nomen ipsum diuisionis in ea que significat
partiamur. Est namque diuisio generis in species: vt cum
dicimus: coloris aliud est album: aliud nigrum: aliud vero
medium. Rursus diuisio est quotiens vox plura significans
aperitur: et quod multa sunt que ab ea voce signantur: ostendit:
vt si quis dicat nomen canis plura significat: et hunc la
trabilem quod drupedemque: et celestem sydus: et marinam bestiam
que omnia a se diffinitione disiuncta sunt. Diuidi autem
dicitur quotiens totum in partes proprias separatur: vt cum
dicimus: domus aliud sunt fundamenta: aliud parie
tes: aliud tectum. Et hec quidem triplex diuisio secun
dum se partitio nuncupatur. Est autem alia que sunt
accidens dicitur: ea quoque sit tripliciter: aut cum acci
dens in subiecta diuiditur: vt cum dico: bonorum alia sunt
in anima: alia in corpore: alia extrinsecus: vel rursus subie
ctum in accidentia: vt corporum alia sunt alba: alia sunt
nigra: alia medij coloris. Et rursus cum accidentia ses
peramus. vt cum dicimus: liquetia alia alba: alia ni
gra: alia medij coloris. Et rursus alborum alia sunt du
ra: alia

ra: alia liquentia: quedam mollia: cum igitur ita omnis fiat diuisio: aut secundum se: aut per accidens: utraque vero partitio tripliciter fiat: cumque in superiore secundum se triplici partitione sit una diuisionis forma: genus in species seperare. Id neque preter generis scientiam fieri villo modo potest. Neque vero preter scientiam differentiarum quas necesse est in specierum diuisione sumi. Manifestum est igitur quanta utilitas huius libri ad hanc diuisionem sit: que primo aditu genus ac species et differentias tractat. Secunda vero ea diuisio que est secundum vocis significantias: nec hec quidem ab huius libri utilitate discreta est. Uno enim modo cognosci poterit: utrum vox cuius diuisionem facere querimus: equoeca esse videatur an genus: si ea que significat diffiniatur: et si ea que sub communiione sunt: vna diffinitione claudantur: species esse necesse est: et illud commune earum genus. Quod si illa que proposita vox designat: non possunt vna diffinitione concludi: nemo dubitat: quin illa vox sit equiuoca: neque etiam ita sit communis his de quibus predicatur ut genus. quandoquidem ea que sub se posita significat. secundum commune nomen non possunt vna diffinitione comprehendendi. Si igitur ex diffinitione manifestum sit quod genus sit: quid vero nomen equiuocum diffinitio vero per genera differentiasque discurret: quisquam ne dubitare potest eque in hac diuisionis forma plurimum huius libri auctoritatem valere. Illa vero secundum se diuisio que est totius in partes quemadmodum discernitur: ac non potius generis in species diuisio esse putabitur: nisi sint genus et species et differentie earum: quamuis ante ratione discipline tractata. Cur enim non quisquam dicat domus species potius esse quam partes fundamenta: parietes et tectum. Sed cum occurrerit generis nomen in vnaquaque specie totum posse congruere: totum vero in vnaquaque parte sua nomen conuenire non posse: manifestum sit aliam diuisionem esse generis in species: aliam totius in partes. Conuenire autem nomen generis singulis speciebus ostenditur per id quod homo et eque singula animalia nuncupantur. Neque tectum vero neque parietes aut fundamenta singularium domus nomine appellari solent. Sed cum fuerint iuncte partes: tunc recte totius nomen excipiunt. De ea vero diuisione que secundum accides fit nullus ignorat: quia incognito accidenti incognitaque vi generis ac differentiarum facile euenire possit: ut accidens ita in subiecto soluat quasi genera in species et postremo omnem hunc ordinem partitionis fedissime permiscebit in scientia. Et quoniam quod ad diuisionem hic liber proficit ostendimus: nunc de demonstratione dicemus ne per ardua atque difficilia hereat: qui in tanta disciplina vigilantissimo ingenio et sollertissimo labore sudauerit. sit enim demonstratio: id est alicuius que sit rei certa rationis collectio ex ante cognitis naturaliter et ex conuenientibus ex primis ex causa ex necessariis et per se inherentes. Sed genera speciebus propria priora sunt naturaliter: Ex generibus enim species fluunt. Item species sub se positae vel speciebus vel indiuiduis priora naturaliter esse manifestum est. Que vero priora sunt ea et notiora sunt subsequantibus naturaliter. Duo enim modis primum aliquod et notum dicitur. Primum scilicet et secundum naturam. nobis enim illa magis cognita sunt que proxima et indiuidua sunt: debet species: postremo genera. At vero natura conuerso modo ea sunt magis cognita que nobis minus proxima sunt. Atque ideo quantumlibet se longius a nobis genera protulerunt: tanto magis sunt lucida et naturaliter nota. Dif-

ferentie vero substantiales ille sunt quas per se his rebus inesse que demonstrantur agnoscimus. Precedere autem debet generum ac differentiarum cognitio ut in vnaquaque disciplina que sunt eius rei que demonstratur conuenientia principia possit intelligi. Necesse saria vero esse ea ipsa: que genera et differentias dicimus nullus dubitat: qui speciem sine genere et differentia intelligit esse non posse. Genera vero et differentie sunt cause specierum. Idcirco enim species sunt: quia genera earum et differentie sunt. que in sillogismis posita demonstrantibus illis non rei solum verum conclusionis etiam cause sunt: que postremis resolutiois locupletius dicemus. cum igitur perutile sit et diffinitione quolibet illud circumscribere: et diuisione dissoluere: et demonstrantibus comprobare: hec autem preter earum rerum scientiam de quibus in hoc libro disputabitur: neque intelligi neque exerceri valet. quis vniquam poterit dubitare quin hic liber maximum totius logice adiumentum sit: preter que cetera que in ea magnam vim tenent: nullum doctrine aditum prebent. Sed meminit. Porphyrius introductionem sese describere: neque ultra quam institutionis modus est: formam tractatus egredi. At enim se altiorum questionum modis abstinere: simplices vero mediocri comectura perstringere. Que vero sint altiores questiones quas se differre promittit. ita proponit.

Cum de generibus et speciebus illud quidem siue subsistant: siue in solis nudis intellectibus posita sint: siue subsistentia corporalia sint an incorporea: et utrum separata a sensibilibus: an in sensibilibus posita. et circa consistentia dicere recusabo. Altissimum enim negotium est huiusmodi: et maioris egens inquisitionis.

Altiores inquit questiones pretereo: ne eis itempe siue lectoris animo ingestis initia eius primitiasque perturbem. Sed ne omnino faceret negligentem: ut nihil preterquam quod ipse dixisset: lector amplius putaret occultum id ipsum cuius executionem sese differre promissit. addidit ne de his minime obscure peritusque tractando lectori quicquam obscuritatis effunderet: et tamen scientia roboratus quid queri iure posset. agnosceret. Sunt autem questiones: quas sese reticere promittit et perutiles et secreta et temptate quidem a doctis viris: nec a pluribus dissolute. Quarum prima est huiusmodi. Omne quod intelligit animus: aut id quod est in natura rerum constitutum: intellectu concipit: et sibi met ratione describit: aut id quod non est: vacua sibi imaginatione depingit. Ergo intellectus generis et ceterorum cuiusmodi sit queritur utrum ne ita intelligamus species et genera ut ea que sunt et ex quibus verum capimus intellectum: in nosmetipsos ludimur. cum ea que non sunt animi casta imaginatione formamus. Quod si esse constiterit: et ab his que sunt intellectus concipi dixerimus: Tunc alia maior ac difficilior questio dubitationem parat: cum discernendi atque intelligendi generis ipsius naturam summa difficultas ostenditur. Nam omne quod est: aut corporeum aut incorporeum esse necesse est: genus igitur et species in aliquo horum esse oportebit. Quale erit igitur id quod genus dicitur utrum ne corporeum an vero incorporeum. neque enim quod sit diligenter intendit: nisi in quo horum poni debeat agnoscat. Sed neque cum hec soluta fuerit questio: omne excludit ambiguum subest enim aliquid quod si incorporea esse genus ac species dicantur: obsideat intelligere

De ma
stra
tio
Nota
sc
bi
ria

Secunda editio In porphi.

tiam atq; detineat exolui postulans: vtrum circa cor-
pora ipsa subsistant an et pter corpora subsistētia cor-
poralia esse videantur. Due quippe incorporeorū for-
me sunt: vt alia preter corpora esse possunt: et separa-
ta a corporibus in sua incorporealitate perdurent: vt
deus mens anima. Alia vero cū sunt incorporea tñ p-
ter corpora esse nō possunt: vt linea: vel superficies:
vel numerus: vel singule qualitates: quas tam et si incor-
poreas esse pronuntiamus: q; tribus spatijs minime
distendantur: tamen ita in corporibus sūt: vt ab his
diuelli nequeant: aut separari: aut si a corporibus se-
parata sint: nullo modo permaneant. Quas licet que-
stiones arduum sit ipso Porphyrio reuente dissolu-
ere. Tamen agrediar: vt nec anxium lectoris anis-
mum relinquam: nec ipse in his que preter muneris
suscepti seriem sunt: tempus operamq; consumam.
Primum quidem pauca sub questionis ambiguita-
te proponam. Post vero eundem dubitationis nos-
tum exoluere atq; explicare tēptabo. Genera et spe-
cies aut sunt et subsistūt: aut intellectu et sola cogita-
tione formantur. Sed genera et species esse non pos-
sunt: hoc autem ex his intelligitur. Omne enī quod
cōmune est vno tempore pluribus: id in se vnum esse
non poterit. Multorum enī est quod cōmune est: pre-
sertim cum vna atq; eadem res in multis vno tēpore
tota sit. quātecumq; enim sunt species: in omnib; ge-
nus vnu est nō q; de eo singule species qñ partes ali-
quas carpant sed singule vno tempore totum genus
habeant. quo fit vt totum genus in pluribus singulū
vno tempore positum vnum esse non possit. neq; . n.
fieri potest vt cum in pluribus totū vno sit tempore:
in semetipso sit vnum numero. Quod si ita est: vnus
quiddam gen^{us} esse non poterit: quo fit vt omnino ni-
hil sit. Omne enim quod est iccirco est quia vnum est
et de specie idem conuenit dici. Quod si est: quidē ge-
nus ac species sed multiplex. neq; vnu numero: non
erit vltimum genus: sed habebit aliud superpositum
genus: quod illam multiplicitatez vnus sui nominis
vocabulo concludat: vt enim plura aīalia qñ bñt qd
dā simile: eadem tamen non sunt. Iccirco eorum ge-
nera perquirunt: ita quoq; quoniā gen^{us} quod in plu-
ribus est: atq; ideo multiplex: habet sui similitudines
quod genus est: non est vero vnu: quoniā in plurib;
est: eius quoq; generis gen^{us} aliud querendū est: cuiq;
fuerit inuentum: eadem ratione que superi^{us} dicta est
rursus genus tertium vestigat. itaq; in infinitum ra-
tio procedat: necesse est: cum nullus discipline termi-
nus occurrat. Quod si vnum quoddam numero ge-
nus est commune multorum esse non poterit. vna. n.
res si cōis est: aut partibus cōis est: et non iaz tota cō-
muni sed partes ei^{us} proprie singulorum sunt: aut in
vsu habentium etiaz per tēpora transit vt fit cōe: vt
puteus et fons: vt seruus cōis vel equus: aut vno tē-
pore oībus cōmune sit: non tamen vt eorum quibus
cōe est: substantiaz constituat: vt est theatrū: vel spe-
ctaculum aliquid quod spectantibus omnibus cōe ē:
Genus vero secundū nullum horū modorū cōe eē spē-
bus potest: nam ita cōe esse debet: vt et vnu totum i
singulis et vno tempore sit: et eorum quorum cōe est
constituere valeat et conformare substantiā. Quocir-
ca si neq; vnu est: qñ cōe est: neq; multiplex qñ ei^{us}
quoq; multitudinis genus aliud inquirendum est: vi-
debitur genus omnino non esse: idemq; de ceteris in-
telligendum est. Quod si tantum intellectibus gene-
ra et species ceteraq; capiuntur cū omnis intellectus

aut ex re fiat subiecta: vt sese res habet: aut vt res se
se nō habet (nam ex nullo subiecto fieri intellectus nō
pōt) Si generis et speciei ceterorūq; intellectus ex re
subiecta veniat: ita vt sese res ipsa h; que intelligit
iā non tantū in intellectu posita sunt: sed in re: etiā
veritate cōsistunt. Et rursus querendū est que sit co-
ruz natura quod superior questio vestigabat. q; si ex
re quidem generis ceterorūq; sumitur intellectus:
neq; ita vt se se res h; que intellectui subiecta est: va-
num: necesse est esse intellectum: qui ex re quidem su-
mitur: non ita vt se se res habet. idem est enim falsus
quod aliter atq; res est intelligitur. Si igitur quoniā
genus et species nec sunt nec cum intelliguntur ver^{us}
est eorum intellectus. non est ambiguū: quin oīs hec
sit deponenda de his qñq; propositis disputandi cus-
ra qñquidem neq; de ea re. que sit: neq; de ea de q;
verum aliquid intelligi proferrue possit inquiritur.
hec quidem est ad presens de propositis questio: quā
nos Alexandro consentiente hac ratiocinatione solu-
uemus. Non enim necesse esse dicimus omnem intel-
lectum qui ex subiecto quidem sit: non tamen vt sese
ipsum subiectum habet: falsum et vacuum videri. In
his enim solis falsa opinio ac non potius intelligētia
est: que per coniuñctōes sunt. Si enim quis cōpōat
atq; cōiungat intellectu id quod natura iungi non pa-
tiatur: illud falsū esse nullus ignorat: vt si quis equus
atq; hominem iungat imaginatione: atq; effiget cen-
taurum. Quod si hoc per diuisionem et abstractionē
fiat: non q; ita res se se habet: vt intellectus est. In-
tellectus tamen ille falsus est minime. sunt enī plura
que in aliis suum esse hñt. ex quibus aut omnino se-
perari non possunt: aut si seperata fuerit: nulla ratio-
ne subsistunt. Atq; vt hoc in nobis in peruulgato exē-
plo manifestū sit: linea in corpore est aliquid: et id qd
est corpori debet: hoc est esse suus per corpus retinet
quod docet ita. si. n. separata a corpore sit non subsi-
sit. quis. n. vnq; sensu vilo separatam lineam a corpo-
re cepit. Sed animus cum confusas res permixtasq;
in se a sensibus cepit: in propria vi et cogitatione disti-
guit. Omnes res huiusmodi incorporee i corpore sui
esse habentes sensus cū ipsis nobis corporibus tradit
at vero aīus: cui potestas est et disiuncta componere
vel cōposita et coniuñcta dissoluere: ea que a sensib;
cōfusa et corporibus cōiuncta tradūtur: ita distiguit
vt incorporeā naturam per se ac sine corporibus i q;
bus est concreata: et speculetur et videat. Diuerse enī
proprietates sunt incorporeorū corporibus permixto-
rum: etiam si seperentur a corpore. Genera ergo et
species ceteraq; vel i incorporeis reb^{us}: vel in his que
sunt corporea: reperiuntur: et si ea in rebus incorpo-
reis inuenit animus: h; illico incorporeū generis intel-
lectū: Si vō corpaliū re; genera speciesq; p;serent
aufert (vt solet) a corporibus incorporeorū naturam:
et solā purāq; vt in seipsa forma est contuet. Ita hec
cū accipit anim^{us} pmixta corporibus incorporealia: ea
diuidens speculat atq; cōsiderat. Memo ergo dicat
falsam nos cognitare lineā: qñ ita eā mēte capim^{us} q;
si preter corpora sit: cum preter corpora esse non pos-
sit. Non enim omnis qui ex subiectis rebus capit in-
tellect^{us}: aliter q; sese ipse res habent: falsus esse putā-
dus est: sed (vt superius dictum est) ille quidem q; hoc
in compositione facit falsus est: vt cum homines atq;
equum iungens putat esse centaurum: Qui vero id i
diuisionib^{us} et abstractionibus atq; assumptionib^{us} ab
his reb^{us}: in quibus sunt efficit: non solummō falsus
non est

non est: verum etiam solus intellectus id quod in proprietate verum est: inuenire potest. Sūt igitur huiusmodi res in corporalibus atq; in sensibilibus rebus. Intelligentur autem preter sensibilia: vt eorum natura perspicitur: et proprietates valeat comprehendere. Quocirca cum genera et species cogitantur: tunc ex singulis ex quibus sunt eorum similitudo colligitur: vt ex singulis hominibus inter se dissimilibus humanitatis similitudo colligitur: cogitata animo veraciterque perspecta fit species: quarum specierum rursus diuersarum considerata similitudo: que nisi in ipsis speciebus aut in earum indiuiduis esse non potest efficit genus. itaque hec sunt quidem in singularibus. Logitatur vero vniuersalia: nihilque aliud species esse putanda est nisi cogitatio collecta ex indiuiduorum dissimilium numero substantiali similitudine: genus vero collecta cogitatio ex specierum similitudine. Sed hec similitudo cum in singularibus est: fit sensibilis: cum in vniuersalibus fit intelligibilis: eodemque modo cum sensibilis est: in singularibus permanet: cum intelligitur fit vniuersalis. Subsistunt ergo circa sensibilia: intelliguntur autem preter corpora neque enim interclusus est: vt due res eodem in subiecto sint: quod quod ratione diuersae sint: ut linea curua atq; caua est que res cum diuersis terminationibus terminentur diuersusque earum intellectus fit: semper tamen in eodem subiecto reperiuntur: eadem caua linea eademque curua est. Ita quoque generibus et speciebus idem singularitatis et vniuersalitatis vnum quidem subiectum est: sed alio modo vniuersale est cum cogitatur: alio singulare cum sentitur in rebus his in quibus esse suum habent. His igitur terminatis omnia (ut arbitror) questio dissoluta est. ipsa enim genera et species subsistunt quidem alio modo: intelliguntur vero alio et sunt incorporea: sed sensibilibus iuncta subsistunt in sensibilibus. Intelligentur vero preter corpora: ut per se metipsa subsistentia: ac non in alijs esse suum habentia. sed Plato genera et species ceteraque non modo intelligi vniuersalia: verum et esse atque preter corpora subsistere putat. Aristoteles vero intelligi quidem incorporea atque vniuersalia: sed subsistere in ipsis sensibilibus putat: quorum diiudicare sententias aptum esse non duxi. Altioris enim est philosophiae: idcirco vero non studiosius Aristotelis sententiam executi sumus: non quod ea non maxime probaremus: sed quod hic liber ad predicamenta conscriptus est: quorum Aristoteles auctor est.

Illud vero quemadmodum de his: ac de propositis probabiliter antiqui tractauerunt et horum maxime peripatetici: tibi nunc tentabo monstrare.

Pretermisissimis his questionibus: quas altiores esse per dixit. exoptat mediocrem introductorij operis tractatum sed ne hec ipsa harum questionum ommissio vicio daret: appositum: quemadmodum de propositis tractaturus est. ex quorumque hoc opus auctoritate subnixum aggreditur: an denunciat. Cum mediocritatem quidem tractaturum permittit detracta obscuritatis difficultate: animam lectoris iuuat: vt vero acquiescat ac fileat ad id quod dicturus est peripateticorum auctoritate confirmat. Atque ideo ait de his id est de generibus et speciebus de quibus superiores intulerat questiones: ac de propositis. id est de differentiis: proprijs accidentibus: sese probabiliter disputaturum: probabiliter autem ait. id est verisimiliter. quod greci. $\lambda\omicron\gamma\iota\kappa\omega\sigma$ vel $\epsilon\alpha\lambda\delta\omicron\epsilon\omega\sigma$ dicunt Sepe enim et apud Aristotelem $\lambda\omicron\gamma\iota\kappa\omega\sigma$ verisimiliter ac probabiliter dictum inuenimus: et apud Boetium et apud Alexandrum: Porphyri quoque ipse in multis hac significatione hoc verbo

usus est. quod nos. scilicet translatione quae ait. $\lambda\omicron\gamma\iota\kappa\omega\sigma$ $\tau\epsilon\rho\delta\omicron\nu$ ita interpretari: vt rationabiliter diceremus omisimus. Longe enim melior ac verior significatio ea visa est: vt probabiliter sese dicere permitteret. id est propter opinionem ingrediendum atque lectorum: quod introductionis est proprium. Nam cum ab imperitorum hominum mentibus doctrine secretum altioris abhorreat: talis esse introductio debet vt non propter opinionem ingredientium sit. Ergo melius probabiliter quam rationabiliter interpretati sumus. Antiquos autem ait de eisdem disputasse rebus sed eorum illum maxime tractatum insequi: quem peripatetici. Aristotele duce reliquerunt. ut tota disputatio ad predicamenta conueniat.



Idetur autem neque genus neque species simpliciter dici.

Queri in expositionum principijs solet: cur vniuersumque ceteris in dispositionis ordine preponatur. velut nunc in genere dubitari solet: cur genus speciei: differentie: proprio: accidentisque preterulerit de eo enim primitus tractat. Respondebimus itaque in re factum videri: omne enim quod vniuersale est: intra semetipsum cetera concludit: ipsum vero non magnitudine clauditur. Maioris itaque meriti est ac principalis nature: illud quod ita cetera coeret: ut ipsum nature magnitudine nequeat ab alijs contineri. Genus igitur species intra se positas habet: et earum differentias: propriaque. nihilominus etiam accidentia. atque ita de genere inchoatum fuit quod cetera nature sue magnitudine coeret. et continet. Preterea illa semper priora sunt que si auferat quis contenta cetera perimuntur: illa posteriora quibus positis ea que ceterorum substantia perficiunt: consequuntur: vt in genere et ceteris. Nam si animal auferas: quod est hominis genus: homo quoque qui est species: et rationale: quod differentia et risibile quod proprium et genericum quod accidens est: non manebit: et interemptum genus cuncta consumit. Si vero hominem esse constituas: vel grammaticum vel rationale vel risibile: animal quidem esse necesse est. Siue enim homo est: animal est siue rationale: siue risibile: siue grammaticum: ab animali substantia non recedit. Sublato ergo genere et cetera consumuntur. positis vero ceteris sequitur genus. prior est igitur natura generis posterior est ceterorum. Iure est igitur in disputatione prepositum genus sed quoniam generis nomen multa significat (hoc est. n. quod ait videtur autem neque genus neque species simpliciter dici. Tibi enim non est simplex dictio: illic multiplex significatio est.) prius huius nominis significationes discernit: ac separat: vt de qua significatione generis tractaturum est: sub oculis ponat. Sed cum neque genus neque species: neque differentia: nec proprium: nec accidens significatione simplicia sint. Cur de his tamen duobus genere inquam ac specie dixit non simpliciter dici cum proprium differentie: atque accidens ipsa quoque sint significatione multiplici. Dicendum est quoniam longitudinem vitans tamen speciem nominis: eamque idcirco ne solum genus esse significationis multiplicis putaretur. Enumerat autem primam generis significationem hoc modo.

Genus enim dicitur et aliquorum quodammodo se habentium ad vnum aliquod. et ad se invicem collectio. secundum quam significationem romanorum dicitur genus ab vnus. scilicet habitudine. Dico autem romuli et multitudinis habentium aliquo modo ad inuicem eam. quam ab illo est. cognationem secundum diuisionem ab alijs generibus dictum.

Secunda editio In porphi.

Una inquit generis significatio est: que in multitudinem venit a quolibet vno principium trahens: ad quod. s. ita illa multitudo coniuncta est: vt ad se inuicem per eiusdem vnus principium copulata sit: vt cū romanorum genus dicitur multitudo romanorum ab vno romulo vocabulum trahens et ipsi romulo: et ad se inuicem quasi quadam nominis hereditate cōiuncta est. Eadem enim que a romulo societas descendit romanos inter se omnes vno generis nomine deuincit et coalligat. Videtur autem secuisse hanc generis significationem in duas partes: cum copulatiuam coniunctionem admiscuit dicens Genus dicitur aliquorum quodammodo se habentium ad vnum aliquod et ad se inuicem collectio: tanquā et illud genus dicatur ad vnum aliquo modo se habere: et hoc rursus genus dicatur quod ad inuicem vnus generis significatione coniuncti sunt. hoc vero minime est: eadem enim a quolibet vno propagata societas: et ad illuz q princeps est generis: totam multitudinem perfert et ipsam inter se multitudinem vno generis nomine conecit et cōtinet. Quocirca nō ē putandus diuisionem fecisse: sed omne quicquid in hac generis significatione intelligendum fuit aperuisse. Ordo autem verborum ita sese habet qui est hyperbaton intelligendus. Genus enim dicitur: et aliquorū ad vnum se aliquo modo habentium collectio: et ad se inuicem aliquo modo habentium: rursus collectio subaudienda est. est enim et zengma. cuius significationis adiecit exemplum. secundum quam significationem romanorum dicitur genus ab vnus. s. habitudine. Dico autem Romuli: et multitudinis rursus habitudine habentium aliquo modo ad inuicem cognationem: eam. s. que ab illo est idest Romulo. secundum diuisionem ab alijs generibus dictum. scilicet multitudinis hec enim multitudo aliquo modo ad vnus et ad se inuicem habens cognationes genus dicta est: vt ab alijs discernetur: vt Romanorum genus ab atheniensium genere ceterorumq; separaretur: vt sit integer verborum ordo. genus enī dicitur et collectio aliquorum ad vnum se quodammodo habentium: et ad se inuicem: secundum quā significationem Romanorum dicitur genus ab vnus. s. habitudine. dico autem Romuli et multitudinis secundum diuisionem ab alijs generibus dictum habentium. s. hominum aliquo modo ad inuicem eam que ab illo est Romulo cognationem. atq; hec hactenus: nūc de secunda generis significatione dicendum est.

Dicitur autem et aliter rursus genus quod est vnus cuiusq; generationis principium: vel ab eo q genuit. vel ab eo loco. in quo quis genitus est. Sic enim Orestem quidem dicimus a tantalo genus habere. Myllum autem ab Hercule. Et rursus Pindarum thebanum esse genere. Platonem vero atheniensem. etenim patria principium est vnus cuiusq; generationis. quemadmodū et pater. hec autem videtur promptissima esse significatio generis. romani enim dicuntur qui ex genere descendunt romuli. et Cecropide. qui ex genere descendunt Cecropis. et eorum proximi.

Quattuor omnino sunt principia: que vnumquodq; principaliter efficiunt. est. n. vna causa que effectiua dicitur velut pater filii. et alia est materialis: velut lapides domus. Tertia forma. velut hominis ratiōabi-

litas. Quarta quam obrē: velut pugna victorie. due vō sunt que per accidens vnus cuiusq; dicuntur eē principia: locus. s. ac tempus. omne. n. quod nascitur. in loco ac tempore est: et quicquid d loco vel tēpore natus factū ve fuerit: cum locum vel id tempus accidentaliter dō habere principium. Horum omnium in hac secunda generis significatione duo quedā ex alterutris assumit que ad significationem generis videbantur ac comodata. Ex his quidem causis que principalia sūt effectiuum. Ex his vō q accidentia: locus. ait enī genus dicitur: a quo quis genitus est que est effectiua principium causa. et in quo quis loco est procreatus que est accidens causa principij. Itaq; hec secunda significatio duo cōtinet: eū a quo quis procreatus est et locum in quo quis editus est: vt exempla quoq; ipa demonstrant: Orestem enim dicimus a Tantalo genus ducere: Tantalus q; Pelopem. Pelops Atreum. Atreus Agamēnonez. Agamēnō genuit Orestem. Itaq; a procreatione genus hoc dictum est. at vō Pindarum dicimus esse thebanū. s. qm Thebis editus est: tale generis nomen accepit: s; qm diuersū est illud a quo quisq; procreatus est: et locus in quo qd editus est: videt diuersa esse generis significatio procreantis: et loci: quā in secunda parte enumerans vnam fecit: s; ne videret duplex: per similitudinē coniunxit dicens etenim patria principium vnus cuiusq; generationis: quemadmodū pater. Sed qm in significationib; enīt sepe: vt aliqd sit qd intellectu significate rei propinquius esse videatur: et qm duas generis apposituit significationes: multitudinis. s. et procreantis cui generi nomen cōuenientius aptetur: iudicat atq; discernit dicens: hanc esse promptissimam generis significationem: que a procreante deducta sit. bi. n. maxime cecropide sunt: qui a cecrope descendunt: bi romani. qui a Romulo: que cū ita sint: confundi rursus generis significationes videntur. Si. n. sunt bi maxime romani: qui a Romulo originem trahunt: et hec significatio illa est que a procreante deducitur vbi ē reliqua quā primā quoq; enumerauit: que ē multitudinis ad vnum et ad se inuicem quodammodo se habentium collectio. Sed acutius intuentibus plurime admodum differentie sunt. Aliud enim est a quolibet primo procreante genus deducere: aliud vnum genus esse plurimorum. Illud enim ex recta sanguinis linea fieri potest et non in multa diffundi: vt si p vnica familia descendat. huic enim aptatur secunda illa generis significatio: que a procreante deducitur: prima vero non nisi multitudine consistit: illud quoq; ē: quod prima procreationis principium non querit: s; (vt ipse ait) sufficit aliquo modo se habere ad id: vnde hōi generis principium sumitur. Secunda vero significatio nullam viz nisi a procreante sortitur. Itē in illa prima significationis multitudine: huius secunde particularitas cōtinetur vt in romanorum genere Scipiadarum genus. nam cuz sunt romani scipiades sunt. Qm enim ad romulum: et ad ceteros romanos scdm Romuli habitudinem iuncti romani sunt. Scipiade vero dicuntur ad scdm generis significationes q; eorum familie. Scipio. et sanguinis principium fuit.

Et quidem prius appellatum est genus vnus cuiusq; generationis principium. dehinc etiam et multitudo eorum qui sunt ab vno principio vt a romulo. quam diuidentes et ab alijs separantes. dicebam? omnē illā collectionē eē romanorū genus.

Sensus

Sensus vero facilis et expeditus est. si tamen una ambiguitas solvatur. cum enim prius multitudinis significationem retulerit ad generis nomen: post autem ad procreationis initium: nunc contrario modo illam posterius a se dinumeratam significationem dicere videtur priorē: quae est procreationis: illam vero posteriozē: quae est multitudinis quod contrarium videri potest: si quis ad ordinem superius digeste disputationis aspexerit. sed hic non de se loquitur: sed de humani consuetudine sermonis: in quo prius eam significationem generis fuisse dicit: quae a procreatione sit ducta. Accedente vero etate loquendi usu nomen generis est ad multitudinem habentem se quodammodo ad aliquam fuisse translatum. hoc vero ideo dicit: quoniam superius dixerat. hoc enim. vix promptissima significatio ut ab hac ideo secunda quam promptissimam significationem dicit illa quoque noncupata videretur: quae est multitudinis. prius enim genus inter homines appellatum est. quod quis a generante deduceret. post autem factum est ut pro loquendi usu et multitudinis ad aliquam quodammodo se habentis genus diceretur pro divisione. scilicet. generum: ut esset inter eas nominis societatisque discretio igitur bis expletis venit ad tertium genus quod inter philosophos tractatur cuiusque ad dialecticam facultatem multus usus est. horum quippe generum historia magis vel poesis tractat exordium. Tertium vero genus apud philosophos consideratur: de quo hoc modo loquitur.

Aliter autem rursus dicitur genus: cui supponitur species ad horum fortasse similitudinem dictum. Etenim principium quoddam est hominibus genus eorum quae sub ipso sunt specierum. videtur autem et multitudine continere omnium quae sub eo sunt specierum.

Duplicem significationem generis supra proposuit: nunc tertiam monstrare contendit. Nam autem ad superiorum similitudinem dicta esse abstrahitur: Superiorum due dicte significationes sunt: una quidem: cum generis nomen quoddam principii antiquitate ad se iunctam multitudinem contineret. Alia vero: cum genus ab unoquoque procreante ducere tur: quod eorum quae procreant principium est. cum igitur sint superiorum due generis significationes propositae. Tertium nunc addit de quo inter philosophos sermo est: illud scilicet. cui supponitur species. quod ideo genus vocatum esse sub opinionis suae credit ambiguo quoniam habet aliquam similitudinem superiorum. nam sicut illud genus quod ad multitudinem dicitur: uno solo nomine multitudinem claudit: ita quoque generum plurimas species coequet et continet. Item ut generum illud quod secundum procreationem dicitur: principium quoddam est eorum quae ab ipso procreantur: ita generum species suis est principium. ergo quoniam utriusque est simile: ideo nomen quoque generis et in hac significatione a superioribus mutuatum esse verisimile est.

Tripliciter igitur cum genus dicatur. de tertio apud philosophos sermo est: quod etiam describentes assignauerunt dicentes. genus esse quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid sit predicatur. ut animal.

Iure tertium genus philosophi ad disputationem sumunt hoc enim solum est: quod substantiam monstrat. Cetera vero aut unum quidem ostendunt: aut quemadmodum a ceteris hominibus in una quasi forma populi diuidat ostendit. nam illud quod multitudinem continet generum: illius multitudinis quae continet: subiecta non demonstrat. sed tamen uno nomine collectionem facit propter: ut ab alterius generis pro se segregetur. Item illud quod secundum procreationem dictum est: non rei procreate substantiam monstrat: sed tamen quod ei

fuerit procreationis initium. At vero genus id cui supponitur species ad differentiam accommodatum speciei substantiam informat. et quod inter philosophos haec maxima est quae definitio quod unumquodque sit. tunc enim unumquodque scire videmur: quoniam quod sit: agnoscimus. Itaque reiectis ceteris de hoc genere quae maxime apud philosophos sermo est: quod etiam de scribentes assignauerunt ea descriptione: quam subter inuenit Diligenter vero ait describentes. non definiētes. de finitio enim. sit ex genere genus aut aliud: quod sit definitio: genus habere non poterit: idque obscurum est: quod ut primo aditu dictum pateat. fieri autem potest: ut res quae alii genus sit: alii generi supponatur sed cum supponitur non quasi genus: sed tanquam species sub alio collocatur. unde non in eo quod genus est: supponi alicui potest: sed cum supponitur illico species fit: quae cum ita sint: ostenditur generum ipsum in eo quod est genus: genus habere non posse. si igitur voluisset genus definitione concludere nullo modo potuisset. Genus enim aliud quod ei posset preponi non habet: atque ideo descriptionem ait esse factam non definitionem. descriptio vero est (ut in priorum volumine dictum est) ex proprietatibus informatio quaedam rei: et tanquam coloribus quibusdam depictio. Cum enim in unum plura conuenerint: ita ut omnia simul rei cui applicantur euentur: nisi ex genere vel differentiis haec collectio fiat. descriptio nuncupatur. Est igitur descriptio haec generis: generum est quod de pluribus et differentiis specie in eo quod quid sit predicatur. Tria haec requiruntur in genere: ut de pluribus predicatur ut de specie differentiis: ut in eo quod quid sit. De quo re. quoniam ipse posterius latius disputat: nos breuiter huius rei intelligentiam significemus hoc modo. Sit enim nobis in forma generis animal: id de aliquo sine dubio predicatur huius. scilicet. equo: boue et ceteris: sed haec plura sunt animalia igitur de pluribus predicatur huius: equus: atque bos talia sunt: ut de se discrepent: nec quilibet mediocri re: sed tota specie. id est. tota forma suae subiectae: de quibus dicitur animal. huius. et equus: et bos animalia nuncupantur. predicatur ergo animal de pluribus specie differentiis: sed quoniam modo sit haec predictio. non enim. quod interrogaueris mori animal si dicitur non enim. si quid sit huius interrogaueris: animal rursus debetur. hoc enim. ad quantitatem pertinet non ad substantiam. Item si qualis est huius interrogas: ne huic quod respondit conuenit animalis: ceterisque omnibus interrogationibus hanc animalis responsum ineptum atque inutilem semper esse reperies: nisi ei tamen apta est: quae quod interroget. interrogantibus enim nobis quid sit homo: quid sit equus: quid bos: animal respondebit. ita nomen animalis ad interrogationem quid sit de homine equo atque boue ac de ceteris predicabitur. vnde sit ut animal predicetur de pluribus differentiis specie in eo quod quid sit. Et quoniam generis haec definitio est: animal huius est quod huius genus esse necesse est. omne autem genus aliud est quod in semetipso: atque in re intelligitur: aliud quod ad alterius predicationem refertur. sua enim. proprietate ipsum esse constituit. ad alterum relatio genus facit ut ipsum animal. si eius substantiam quae: dicam substantiam esse animatam atque sensibilem: haec igitur definitio rem demonstrat pro se sicuti est: non tanquam refertur ad aliud at vero cum dicimus animal genus esse: non (ut arbitror) tunc de re ipsa hoc nomen dicimus: sed de ea relatione quae potest animal ad ceterorum quae sibi subiecta sunt: predicationem referrī. Itaque character quidam est ac forma generis in eo quod referrī predicatione ad eas res potest: quae cum sint plures et specie differentes: in earum tamen substantia predicatur huius autem definitionis rationem per exempla subiecit dicens.

Descriptio

Genus duplex

Secunda editio In porphi.

Eorum enim quae predicantur, alia quidem de vno dicuntur solo sicut individua, sicut socrates, et hic et hoc, alia vero de pluribus quemadmodum genera et species et differentia et propria: et accidentia coiter sed non proprie alicui. Est autem genus: ut aial, spes vero: ut homo, differentia: ut rationale, proprium ut risibile: accidens, ut album nigrum: sedere.

Omnium que predicantur quolibet modo facit Porphyrius diuisionem: iccirco ut a reliquis omnibus predicationem generis seiuget ac separet hoc modo. Omnium inquit in predicatis: alia de singularitate dicuntur: alia de pluralitate de singularitate vero inquit predicantur: quecumque vnum quodlibet habent subiectus: de quo dici possunt: ut ea quibus singula subiecta sunt individua: ut socrates: et plato: ut hoc album quod in hac niue proposita est: ut hoc scammum in quo nunc sedemus: non omne scammum (hoc enim vniuersale est) sed hoc quod nunc suppositum est, nec album quod in niue est (vniuersale enim est album) sed hoc album quod in hac niue nunc esse conspicitur, hoc enim non potest de quolibet alio albo predicari: quod in hac niue est: quia ad singularitatem deductus est: atque ad indiuiduam formam constrictum est indiuidui participatione. Alia vero sunt que de pluribus predicantur: ut genera species differentie et propria et accidentia communiter sed non proprie alicui, et genera quidem de pluribus predicantur speciebus suis, species vero de pluribus predicantur indiuiduis, homo enim quod est aialis species plures sub se homines habet de quibus appellari possit. Item equus qui subest aiali loco speciei: plurimos habet indiuiduos de quibus predicatur: differentia vero ipsa quoque de pluribus speciebus dici potest: ut rationale de homine ac de deo corporibusque celestibus: que (sicut Platoni placet) animata sunt et ratione vigetia, proprium item et si de vna specie predicatur: de multis tamen indiuiduis dicitur: que sub ipsa specie collocantur ut risibile de platone socrate et ceteris indiuiduis de quibus homini supponuntur, accidens etiam de multis dicitur album, nigrum de multis omnino dici potest: que a se genere specieque seiugeta sunt, sedere etiam de multis de hominibus dicitur: simia sedet: aues quoque quarum species longe diuerse sunt: accidens autem quoniam communiter accidens esse potest et proprie alicui: iccirco determinauit dicens accidentia communiter sed non proprie que enim proprie alicui accidunt indiuidua sunt: et de vno tamen valentia predicari: et ea que communiter accipiuntur: de pluribus dici queunt, ut enim de niue dictum est, illud album quod in hac niue subiecta est: non est communiter accidens sed proprie huic niui que oculis ostensionique subiecta est, ita quoque ex eo quod communiter predicari poterat (de multis, nigrum dici potest: ut albus equus alba nix) factum est: ut de vna tamen niue predicari illud album possit: cuius participatio ipsius quale quid factum est singulare. Omnino autem omnia genera vel species vel differentias vel propria: vel accidentia: si per semetipsa speculemur in eo quod genera vel species vel differentie vel propria vel accidentia sunt: manifestum est quoniam de pluribus predicantur, at si ea speculemur in quibus sunt ut secundum subiectum eorum formam et substantiam metiamur enenit ut ex pluralitate predicationis ad singularitatem videantur adduci, animal, nigrum quod genus est: de pluribus predicatur: sed cum hoc aial in socrate consideramus ex pluralitate predicationis adducitur ad singularitatem, socrates, nigrum aial est: et ipsum fit indiuiduum quoniam so-

crates est indiuiduum ac singularis. Item homo de pluribus quidem hominibus predicatur: sed si illam humanitatem que in socrate est indiuiduo consideremus? indiuidua est: quoniam socrates ipse indiuiduus est atque singularis, item differentia ut rationale de pluribus dici potest: sed in socrate indiuidua est: risibile etiam cum de pluribus hominibus predicatur: fit vnicum, coiter quoque accidens: ut album: cum de pluribus dici possit: in vno quoque singulari prospectum indiuiduum est, fieri autem potuit commodior diuisio hoc modo: ut eorum que predicantur, alia quidem ad singularitatem dicuntur, alia ad pluralitatem eorum que de pluribus predicantur, alia secundum substantiam predicantur: alia secundum accidens: eorum que secundum substantiam predicantur: alia in eo quod quid sit dicuntur: alia in eo quod quale, in eo quod quid sit quidem genus et spes: in eo quod quale sit differentia: item eorum que in eo quod quid sit predicantur, alia de speciebus predicantur pluribus: alia minime: de speciebus quidem pluribus predicantur: ut genera: de nullis vero species: eorum autem que secundum accidentia predicantur: alia quidem sunt que de pluribus predicantur: ut accidentia: alia que de vno tamen: ut propria, potest autem fieri etiam huiusmodi diuisio, eorum que predicantur: alia de singulis predicantur alia de pluribus eorum que de pluribus: alia in eo quod quid sit: alia in eo quod quale quid sit predicantur: ea que in eo quod quid sit: alia de differentibus speciebus dicuntur: ut genera, alia minime: ut species: eorum autem que in eo quod quale sit: de pluribus predicantur: alia quidem de differentibus speciebus predicantur: ut differentie et accidentia communiter, alia de vno tamen specie: ut propria, eorum vero que de pluribus differentibus speciebus in eo quod quale sit predicantur, alia in substantia predicantur: ut differentie: alia in coiter enenitibus: ut accidentia. Et per hanc diuisionem quinque harum rerum diffinitiones colligi possunt hoc modo. Genus est quod de pluribus in eo quod quid sit specie differentibus predicatur, spes quod de pluribus minime specie differentibus in eo quod quid sit predicatur: Differentia est quod de pluribus specie differentibus in eo quod quale sit in substantia predicatur, proprium est quod de vna tamen specie in eo quod quale sit non in substantia predicatur, Accidens est quod de pluribus et specie differentibus in eo quod quale sit non in substantia predicatur. Et nos quidem has diuisiones fecimus: ut omnia a semetipsis separemus, Porphyrio vero alia intentio fuit, non enim omnia a semetipsis nunc disrungere festinabat: sed tamen ut cetera a generis forma et proprietate separaret, iccirco diuisit omnia que predicantur, aut in ea que de singulis predicantur, aut in ea que de pluribus: ea vero que de pluribus predicantur: aut genera esse dixit: aut species: aut cetera, horum quoque exempla subiiciens adiungit.

Ab his ergo que de vno solo predicantur, differunt genera, eo quod hec de pluribus dicuntur. Ab his autem quae de pluribus, a speciebus quidem primis, quoniam spes et si de pluribus predicantur, non tamen de differentibus speciebus, sed numero, homo enim cum sit species, de socrate, et de platone predicatur qui non specie a se inuicem differunt sed numero. Aial vero cum sit genus, de homine equo, et boue predicatur, qui differunt a se inuicem specie, non numero solum. A proprio vero differt genus, quoniam proprium de vna sola specie cuius est proprium predicatur, et de his que sub vna specie sunt indiuiduis, quemadmodum risibile de homine solo, et de particularibus hominibus genus autem non

autem non de vna solum specie predicatur sed de pluribus et differentiis. A differentiis vero et ab his coiter sunt accidentia. differt genus. quoniam et si de pluribus et differentiibus specie predicentur differentie. et coiter accidentia. non tamen in eo quod quid sit dicimus predicari: sed potius in eo quod quale est. Interrogantibus enim quid est illud de quo predicantur hec. genus respondebimus. differentias autem et accidentia non respondebimus. Non enim in eo quod quid est predicatur de subiecto. sed magis in eo quod quale sit. Interrogantibus enim qualis est homo dicimus quod rationalis. et qualis est coruus. dicimus quod niger. Est autem rationale differentia. nigrum vero accidens. quoniam autem quod est homo interrogamur. animal respondemus. est autem genus hominis animal. Illud genus a ceteris omnibus: quod quolibet modo predicatur: separare contendit hoc modo. Quoniam enim genus de pluribus predicatur. statim differt ab his quidem que de vno tamen predicantur: et que vnuquodlibet habent indiuiduum: ac singulare subiectum: sed hec differentia generis ab his que de vno solo predicantur cois est ei cum ceteris. id est specie differentia: proprio atque accidenti. Idcirco quoniam ipsa quoque de pluribus predicantur. hoc igitur singulorum differentias a genere colligit: ut solum intelligendum genus quod sit sub animi deducat aspectum dicens. Ab his autem que de pluribus. id est ab his que de pluribus predicantur differt genus: a speciebus quidem primam quoniam species et si de pluribus predicantur: non tamen de differentiibus specie: sed numero. Species enim sub se plurimas species habere non poterit: alioquin genus non species appellaretur. Si. n. genus est quod de pluribus specie differentiibus et in eo quod quid sit predicatur: cum species de pluribus predicatur et in eo quod quid sit: huic si addatur: ut de specie differentiibus predicatur: forma speciei transit in genus. id quodque exemplo intelligi fas est. homo enim cum sit species: predicatur de socrate platone et ceteris que a se non specie disincta sunt sicut. homo atque equus vel bos: sed numero. que quidem habent dubitationem quod sit. hoc quod numero dicitur differre. Numero enim differre aliquid videbitur quotiens numerus a numero differt: ut grex bouum: qui fortasse continet triginta boues: differt numero ab alio bouum grege: si centum continet in se boues. in eo enim quod grex est: non differunt: neque in eo quod boues: nisi numero quidem differunt: quod illi plures illi vero sunt pauciores. Quod ergo socrates et plato specie non differunt: sed numero: cum et socrates vnus sit et plato vnus: et vnitas numero ab vnitate non differat: sed ita intelligendum est quod dictum est numero differentiibus. id est in numerando differentiibus: hoc est duos numerantur differentiibus. cum enim dicimus hic plato est: hic socrates duas fecimus vnitates: ac si digito tangamus dicentes: hic vnus est de socrate: rursus de platone: hic vnus est: non eadem vnitas in socrate numerata est que in platone. alioquin possit fieri: ut secundo tacto socrate plato etiam demonstraretur: quod non fit. nisi enim tetigeris socratem vel mente vel digito: itaque nisi tetigeris platone: non facies duos dum numerantur. ergo differunt que sunt numero differentia: animal vero cum genus sit: de bove et boue et equo predicatur qui differunt a se inuicem specie quoque non numero solo. cum igitur species de numero differentiibus non specie predicatur genus de pluribus et differentiibus specie dicitur: ut de boue et equo et de ceteris que a se specie inuicem differunt

non numero solo. Tribus enim modis vnuquodque vel differe ab aliquo dicitur: vel alicui idem esse. id est genere specie numero. quecumque igitur genere eadem sunt: non necesse est esse eadem specie: ut si eadem sint genere differant specie. si vero eadem sunt specie. genere eadem esse necesse est: ut cum homo atque equus idem sunt genere (vterque enim animal nuncupatur) differunt specie: quoniam alia est bovis species: alia equi Socrates vero atque plato cum idem sint specie: idem quoque sunt genere: vterque. n. sub animalis predicatio potest. si quod vero vel genere vel specie idem sit: non necesse est idem esse numero. quod sit numero: idem et specie et genere si idem esse necesse est. ut socrates et plato: cum et genere animalis et specie hominis idem sint. numero tamen reperiunt esse disincti. gladius vero atque ensis idem sunt numero: nihil. n. omnino aliud est ensis quam gladius: sed nec specie diuerse sunt vtrumque enim gladius est: nec genere: vtrumque enim instrumentum est: quod est gladii genus: quoniam igitur homo bos atque equus de quibus animal predicatur: specie differunt: numero ergo etiam eos differre necesse est. idcirco hoc plus habet genus quod a specie differentiibus predicatur. nam si integram generis definitionem demus: dabimus hoc modo. Genus est quod de pluribus differentiibus specie et numero in eo quod quid sit predicatur. At vero sic species. Species est quod non solum de pluribus et differentiibus numero in eo quod quid sit predicatur. a proprio vero differt genus: quoniam proprium de vna sola specie: cuius est proprium predicatur: et de his que sub vna specie sunt indiuiduis. quemadmodum risibile de homine solo: et de particularibus hominibus proprium specie speciei vni adesse potest: neque eam relinquit: nec transit ad aliam atque idcirco proprium nuncupatum est: ut risibile bovis est. itaque et de ea specie cuius est proprium predicatur: et de his indiuiduis: que sub illa sunt specie: ut risibile de bove dicitur et de socrate et de platone et ceteris: que sub bovis nomine continentur. genus vero non de vna tamen specie: ut dictum est: sed de pluribus et differentiibus specie. differt igitur genus a proprio eo quod de pluribus speciebus predicatur: cum proprium de vna tamen de qua dicitur appellatur: et his que sub illa sunt indiuiduis. Differentie atque accidentia discrepantia a genere vna separatione concludunt. Omnino. n. quod hec in eo quod quid sit minime predicantur: eo ipso segregantur a genere. nam in ceteris propria sunt generi: nam et de pluribus predicantur: et de specie differentiibus: sed non in eo quod quid sit. Si quis. n. interroget qualis est homo: respondetur rationale que est differentia: Si quis interroget qualis est coruus: dicitur niger: quod est accidens. Si autem interroges quod est homo: animalis respondetur: quod est genus Quod vero ait. nec in eo quod quid sit predicari dicimus: sed magis in eo quod quale sit hoc magis questionem occurrit homini. Aristoteles. n. differentias in suba putat oportere predicari: quod autem in suba predicatur hac re de qua predicatur: non quale sit: sed quod sit. ostendit unde non videtur differentia in eo quod quale sit predicari: sed potest in eo quod quid sit. sed soluit hoc modo. differentia. n. ita subam demonstrare solet: ut circa subam qualitatem determinet. id est subam qualitatem proferat. quod ergo dictum est magis: tale est tanquam si diceret. videtur quod suba significare: atque in eo quod quid sit predicari. Sed magis illud est verius: quod tamen si suba monstrat: tamen in eo quod quale sit predicatur

¶ Quare de pluribus predicari: diuidit genus ab his que de vno solo dicuntur: sicut indiuidua. de differentiibus vero specie separat genus ab his que sicut species predicantur. vel sicut propria. in eo quod quid sit predicari diuidit a differentiibus et coiter accidentibus. que non in eo quod quid predicatur sed magis in eo quod quale est vel quomodo se habens.

Secunda editio In porphi.

Tria hec esse diximus que significationes hanc tertiam generis informarent: id est de pluribus predicari: de specie differentibus: et in eo quod quid sit. qua singule partes genus a ceteris que quomodolibet predicantur distribuunt ac decernunt quod ipse breuiter colligens dicit: id enim quod de pluribus predicatur genus ab his diuidit que de vno tantum predicantur indiuiduo. Indiuiduum autem pluribus modis dicitur dicitur indiuiduum quod omnino secari non potest: ut vnitas vel mens. dicitur indiuiduum: quod ob soliditatem diuidi nequeat: ut adamas. dicitur autem indiuiduum cuius predicatio in reliqua similia non conuenit: ut socrates. nam cum illi sint ceteri homines similes: non conuenit ipse et predicatio socratis in ceteris ergo ab his que de vno tantum predicantur generis differt: eo quod de pluribus predicatur. Restant igitur quatuor species et proprium et differentia et accidens: quorum a genere differentias colligamus. singulis igitur differentiis ab his rebus segregabitur genus. ea quod differentia qua de specie differentibus predicari genus dicitur: separatur ab his que sicut species predicantur vel sicut propria species: species enim omnino de nulla alia specie dicitur proprium vero de vna tantum specie predicatur: atque ideo non de specie differentibus. Item genus a differentia et accidente differt: quod in eo quod quid sit predicatur: illa vero in eo quod quale sit appellantur ut dictum est. itaque genus quidem ab his que de vno predicantur: differt in quantitate predicationis. a speciebus vero et proprio in subiectorum natura: quoniam genus de specie differentibus dicitur: proprium vero et species minime. Item genus in qualitate predicationis a differentia accidentibus diuiditur. Qualitas enim predicationis quedam est: vel in eo quod quid sit. vel in eo quod quale sit predicari.

Nihil igitur neque superfluum: neque minus continet generis dicta descriptio notionis.

Omnis enim descriptio vel diffinitio debet ei quod diffinitur equari si enim diffinitio non sit equalis: et si quidem maior sit: etiam quedam alia continebit: non necesse est ut semper diffinitio substantiam monstrat si minor sit: ad omnem diffinitionem substantie non peruenit. omnia enim que maiora sunt de minoribus predicantur: ut animal de homine: minora vero de maioribus minime. nemo enim vere dicere potest. omne animal homo est. atque ideo si sibi predicatio conuertenda est equalis oportet ut sit. id autem fieri potest: si neque superfluum quicquid habet neque diminutum: ut in ea ipsa generis descriptione. dictus est enim generis esse quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid sit predicatur que descriptio cum genere conuerti potest: ut dicamus quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid sit predicatur: id genus esse. quod si conuerti potest (ut ait) nec plus nec minus generis continet facta descriptio.



Aperior disputatio de genere videtur forsitan omnem etiam speciei consumpsisse tractatum nam cum genus ad aliquid predicatur: id est ad speciem cognosci natura generis non potest: si speciei que sit intelligentia nesciatur. Sed quod diuersa est in suis naturis eorum consideratio atque discretio diuersa in primis: ideo sicut singula in probemio proposuit ita cuncta diuidere persequitur: ac primum post generis disputationem de specie tractat: de qua quidem dubitari potest. si. n. hec fuit ratio preponendi generis reliquis omnibus quod nature sue magnitudine cetera contineret: non equum

erat speciem differentie in ordine tractatus antepone re: quod differentia speciem contineret: cum presertim differentie ipsas species informant: prius autem est quod informat quod id quod eius informatione perficitur. Ideo superior igitur species a differentia est: prius igitur de differentia tractandum fuit: et in probemio etiam contentiret: in quo eum ordinem collocavit: que naturalis ordo suggestit: dicens vtile esse nosce quod genus sit: et quid differentia. huic respondendum est questionem: quoniam omnia quecumque ad aliquid predicantur: substantiam semper ex oppositis sumunt. ut igitur non potest esse pater nisi filius sit nec filius nisi precedat pater: alteriusque nomen pendet ex altero: ita etiam in genere ac specie videre licet. species quippe nisi generis non est: rursum genus esse non potest nisi referatur ad speciem nec vero substantie quedam aut res absolute esse putanda sunt genus ac species: ut superius quoque dictum est sed quicquid illud est quod in nature proprietate consistat: id tunc genus sit ac species: cum vel ad inferiora vel ad superiora referuntur. Quorum ergo relatio est ad alterutrum: eorum continens factus est iure tractatus. de specie igitur inchoans ait hoc modo.



Species autem dicitur quidem et de vniuersali forma: secundum quod dictum est. Primum quidem species digna est imperio: dicitur autem species et ea que est sub assignato genere: secundum quod solemus dicere: hominem quidem speciem animalis: cum sit genus animal: album autem coloris speciem: triangulum vero figure speciem.

Sicut generis supra distinxit significationes equiuocas: ita quidem in specie facit dicens non esse speciei simplicem significationem. et ponit quidem duas: longe autem plures esse manifestum est: quas ideo preterijt ne lectoris animum prolixitate confunderet: dicit autem primum quidem speciem vniuersaliusque figuram vocari: que ex accidentium congregatio tunc perficitur: cautissime autem dictum est vniuersaliusque: hec enim secundum accidens dicitur. que enim vnicuique forma indiuiduo est: ea non ex substantiali quadam forma species: sed ex accidentibus venit. alia est enim substantialis forme species: que humanitas nuncupatur: eaque non est quasi supposita animalis: sed tanquam ipsa qualitas substantie monstrans: hec enim et ab hac diuersa est: que vniuersaliusque corpori accidentaliter insita est: et ab ea que genus deducit in partes. postremum vero plura sunt: que cum eadem sint: diuersis tamen modis ad aliud atque aliud relata intelliguntur: ut hanc ipsam humanitatem in eo quod ipsa est si perspexeris spes est ea que substantialem determinat qualitatem si sub animali eam intelligendo locaueris deducit animalis in se participationes: separaturque a ceteris animalibus. ac sit species generis: quod si vniuersaliusque proprietatem consideres: id est quam viridis vultus: quam firmus incessus: ceteraque quibus indiuidua conformantur. et quodammodo depinguntur: hec est accidens species: secundum quam dicimus quilibet impio esse aptum propter forme eximiam dignitates. huic aliam adiungit speciei significationem: id est eam quam supponimus generi. Mos vero triplicem speciei significationem esse subiicimus: vnam quidem substantie qualitatem aliam cuiuslibet propriam formam indiuidui: tertiam de qua nunc loquitur que sub genere collocatur. Legendum vero est propter obscuritatem eius quam nos adiecimus

adiecimus: quia nimirum altiore atq; eruditiozem
quereret intellectum: eam tacite preterisse: ceteras
q; edidisse. cuius quidem speciei hec exempla subiecit
z hominem quidem esse aialis speciem: album autem
coloris: triangulum vō figure. hec enim omnia species
nuncupantur eorum q̄ sunt genera: animal quidem
hominis: color autem albi: figura trianguli

Quod si etiam genus assignantes speciei memi-
nimus dicentes quod de pluribus z differentibus
specie in eo quod quid predicatur z speciem dici-
mus id quod sub assignato genere est.

Cudum aut cum generis descriptionem assignaret
in generis diffinitione speciei nomen iniecit dicens:
id esse genus quod de pluribus specie differentibus
in eo q̄ quid sit predicaretur: vt scilicet per speciei no-
men diffiniret genus. nunc vō cum speciem diffinire
cōtendat generis vtitur nuncupatione dicens: spe-
ciem esse: que sub genere ponatur: cui quidem dicto
illa questio iure videtur opponi. omnis enim diffinitio
rem declarare debet. quam diffinitione concludit: eā
q; apertiore reddere: quam suo nomine monstra-
bat. Ex notioribus igitur fieri oportet diffinitionem
quam res illa sit: que diffinitur. cum. n. per speciei no-
men describeret: vel diffiniret genus: abusus est vo-
cabulo speciei velut notiore q̄ generis: atq; ita ex no-
tioribus descripsit genus: nunc vō cum species vellet
termino descriptionis includere: generis vtitur nomi-
ne: rerum conuertit notionem: vt in generis quidem
descriptione sit notius speciei vocabulum: in speciei
autē descriptione sit notius generis: quod fieri neq;
si enim generis vocabulum notius est quam speciei:
in diffinitione generis speciei nomine vti non debuit.
Quod si speciei nomē facilius intelligitur q̄ generis
in diffinitione speciei nomen generis non fuit appo-
nendum: cui questionis occurrit dicens.

Nosse oportet q̄ quoniam genus z alicuius est
genus: z species alicuius est species: idcirco nece-
se est z in vtrorumq; rationibus vtriusq; vti.

Omnia quecūq; ad aliquid p̄dicantur: ex his de qui
bus predicantur: substantiam sortiuntur: q̄si diffini-
tio vniuscuiusq; substantie proprietatem debet osten-
dere: iure ex alterutro fit descriptio in his que ad se
in vicem referuntur. ergo quoniam genus speciei ge-
nus est: z substantiam suam z vocabulum genus a spe-
cie sumit: in diffinitione generis speciei nomen fuit
aduocandum. Quoniam vero species id quod est su-
mit ex genere: nomen generis in descriptione speci-
ei non fuit relinquendum. quoniam vō diuerse sunt
specierum qualitates. alie enim sunt species: que z ge-
nera esse possunt: alie que in sola speciei p̄prietate p̄-
manent: neq; i naturā generis transeunt. iccirco mul-
tiplicem speciei diffinitionem dedit dicens.

Assignant ergo z sic specie. Species est que sub
genere ponitur: z de qua genus in eo q̄ quid sit p̄-
dicatur. Ampli⁹ at sic quoq; species est q̄ de plu-
ribus z differentibus numero in eo q̄ quid sit pre-
dicatur: sed hec quidem assignatio specialissime
est. z quid solum species est: alie vero z non specia-
lissimarum.

Tribus species diffinitionibus informantur: quarum
quidem due omni speciei conueniunt: omnesq; que
quolibet modo species appellantur. suam conclusionē
determinant: tertia vero non ita: cum enim due sint


specierū forme: vna quidem est cum species alicuius
aliquando etiam alterius genus esse potest altera
cum tm̄ species est neq; in formam generis transit.
¶ Diores due: vna. s. in qua quidem dictum est id esse
speciem q̄ sub genere ponitur: z rursus in qua dictū
est id esse speciem: de qua genus in eo q̄ quid sit pre-
dicatur: omni speciei conueniunt. Id enim tantuz he-
diffinitiones monstrant: quod sub genere ponitur nā
vim significat speciei: qua refertur ad genus z ea q̄
dicit id esse speciem: de quo genus in eo quod quid sit
predicatur: eam rursus significat speciei formam quā
retinet ex generis predicatione. idem est autem z sup-
poni generi: z de eo dēdicari genus sicut idem ē sup-
poni generi z ei genus preponi. Quod si omnes spe-
cies collocantur sub genere: manifestum est omnem
speciez hoc ambitu descriptionis includi. Sed tertia
diffinitio de ea tantuz specie loquetur: que nunq; ge-
nus est: z que solum species restat. hec autem species
est ea: que de differentibus specie minime predica-
tur. nam si id habet genus plus a specie: quod de dif-
ferentibus specie predicatur: si qua species quidem
predicatur de subiectis: sed non de specie differenti-
bus: ea solum erit species superioris generis: subiecto-
rum vō non erit genus: igitur predicatio ea quas spe-
cies habet ad subiecta: si talis sit vt de differentibus
specie non predicatur: distinguit eam ab his speciebus
que genera esse possunt. z monstrat eam solum spe-
ciem esse nec generis predicationem tenere dicitur.
¶ Illa igitur tertia descriptio speciei q̄ magis species
ac specialissima diffinitur hoc modo. Species est q̄
de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit
predicatur. vt homo: predicatur enim de cicerone ac
demosthene z ceteris qui a se (vt dicuntur) non spe-
cie sed numero discrepant. Ex tribus igitur diffinitio-
bus duabus quidez z specialissimas z non specialissi-
mas species claudit: hec vero tertia solum vltimam
speciem tangit. Ut autem apertius id liqueat paulo
altius rem orditur: eamq; cōgruis illustrat exemplis.

Planum autem erit quod dicitur hoc modo.
in vnoquoq; predicamento sunt quedam genera
lissima: z rursus alia specialissima: z inter generalis-
sima: z specialissima sunt alia. Est autem generalis-
simum quidem. supra quod non est aliud superue-
niens genus. Specialissimum autem post quod n̄
est alia inferior species. Inter generalissimum au-
tem z specialissimum alia genera z species sunt ea-
dem: ad aliud tamen z ad aliud sumpta. Sit autē
manifestum in vno predicamento quod dicitur.
substantia est quidem z ipsa genus: sub hac autem
est corpus: z sub corpore animatum corpus. sub
quo animal. sub animali vero rationale animal: sub
quo homo sub homine vero socrates z plato: z qui
sunt particulares homines. Sed horum substan-
tia quidem generalissimum est z genus solum. ho-
mo vero specialissimum z solum species. corpus
vero species est substantie: genus vero corpo-
ris animati. z animatum corpus species quidem
est corporis: genus vero animalis: animal vero spe-
cies quidem est corporis animati. genus vero ani-
malis rationalis sed rationale animal species qui-
dem est animalis. genus autem hominis homo ve-
ro species est rationalis animalis. non autem gen⁹

Secunda editio In porphi.

particularium hominum. sed solum species. et o[mn]e quod ante individua proximum est species erit solum. non etiam genus.

Concedimus ab aristo. decem predicamenta esse disposita: que iccirco predicamenta vocauerit: quoniam de ceteris omnibus predicantur: si quicquid vero de alio predicatur si non potuerit predicatio conuerti: maior est res illa que predicatur: ab ea de qua predicatur. Itaque hec predicamenta maxima omnium rerum quoniam de omnibus predicantur: ostensa sunt. In vnoquoque igitur horum predicamentorum quedam generalissima sunt genera: et longa series specierum atque a maximo decursus ad minima. Et illa quidem que de ceteris predicantur ut genera: neque vllis alijs supponuntur ut species: generalissima genera nuncupatur. Itcirco quia bis nullum aliud supponitur genus. Infima vero que nullis speciebus dicuntur: specialissime species appellantur iccirco quoniam integrum cuiuslibet rei vocabulum illa suscipiunt: que pura inmixtaque in ea de qua queritur proprietate sunt constituta. at quoniam species id quod species est ex eo habet nomen: quia supponitur generi: ipsa erit simplex species: si ita generi supponatur ut nullis alijs differentijs preponatur ut genus. Species enim que sic supponitur generi alii: ut alij preponatur. non est simplex species: sed habet quaedam generis mixtionem. illa vero species que ita supponitur generi ut minime speciebus alijs preponatur: illa solum species simplex est species: atque iccirco et maxime est species: et specialissima nuncupatur. inter genera igitur que sunt generalissima et species que sunt specialissime: in medio sunt quedam que superioribus quibus collate sunt species: inferioribus vero genera: hec subalterna genera nuncupantur: quia ita sunt genera ut alterum sub altero collocetur. Quod igitur genus solum est: id dicitur generalissimum genus: que vero sunt genera ut esse species possint: vel ita species ut sint genera non nunquam subalterna genera vel species appellantur. quod vero ita est species ut alij genus esse non possit: specialissima species dicitur. His ergo positis sumamus predicamenti vnius exemplum: ut ab eo in ceteris quoque predicamentis atque in ceteris generibus ut speciebus filo atque ordine quod eueniat possit agnosci. substantia ergo generalissimum genus est. hoc enim de cunctis alijs predicatur: ac primus huius species due sunt. corporeum: et incorporeum. nam et quod corporeum est substantia dicitur: et item quod incorporeum est substantia predicatur. sub corporeo vero animatum atque inanimatum corpus ponitur. Sub animato corpore animal ponitur. nam si sensibile adicias animato corpori animal facis. reliqua vero pars id est species continet inanimatum et insensibile corpus. Sub animali autem rationale atque irrationale. Sub rationali deus et homo. nam si rationali mortale subieceris hominem constitues: si immortale deum. deus vero dico corporeum. hunc enim mundum veteres deum vocabant: et Iouis eum appellatione dignati sunt: deumque solem ceteraque celestia corpora: que animata esse tum Plato: tum plurimus doctorum chorus arbitratus est. sub homine vero individui singularesque homines sunt ut Plato Lato Licero: quorum numerus pluralitas infinita non recipit: cuius rei subiecta descriptio ponit exemplum.



Socrates. Plato. Licero: Virgilius. Lato.
Csuperius disposita descriptio ordinem a generalissimo usque ad individua predicationis ostendit. in qua quidem substantia generalissimum dicitur genus: quoniam preposita est omnibus: nulli vero ipsa supponitur: et solum genus propter eandem scilicet dicitur causam homo autem species solum. quoniam Plato Lato Licero quibus est ipsa preposita: non differunt specie sed numero tantum. Corporeus vero quod secundum a substantia collocatur: et species esse probatur et genus: substantie species genus animati. at vero animatum genus est animalis corporei species. est autem animatum genus sensibilis. animatum vero sensibile animal est igitur ipsum animatum propter propriam differentiam que est sensibile: recte genus dicitur esse animalis animal vero rationalis genus est: et rationale mortalium cumque rationale et mortale nihil aliud sit quam homo: rationale sit animalis species: hominis vero genus: homo vero ipse species: catonis platonis ciceronis non erit (ut dictum est) genus sed solum spes. nec solum differentie rationalis species est homo. verum etiam catonis et platonis ceterorumque species appellatur: propter diuersas scilicet causas. nam rationalis iccirco est species: quoniam rationale per mortale atque immortale diuiditur. cum sit homo mortale. id est vero homo species est platonis atque ceterorum: in forma enim eorum omnium homo erit substantialis atque vltima similitudo. Est autem communis omnium regula: esse eas species specialissimas que supra sola individua collocantur: ut homo equus coruus: sed non auis. auium namque multe sunt species: sed hec tantum species dicuntur esse. quorum subiecta ita sibi sunt consimilia: ut substantialem differentiam habere non possint. In omni autem dispositione priora genera cum inferioribus coniunguntur. ut posteriores efficiant species. nam ut sit corpus substantia cum corporalitate coniungitur: et est substantia corporea corpus. Item ut sit animatum corporeum atque substantia animato copulatur: et est animatum substantia corporea habens animam: Item ut sit sensibile: eidem tria superiora illa iunguntur. Illas quod est sensibile: tantum est quantum substantia corporea animata retinens sensum: quod tantum animal est. Item superiora omnia rationali iuncta rationale efficiunt: postremo hominem superiora omnia nihilominus terminant: id est substantiam hominis. addito tamen rationali et mortali. est enim homo substantia corporea animata sensibilis rationalis mortalis.

mortalis. Mos vero definitionem hominis reddimus dicentes. animal rationale mortale. in animali scilicet includentes et substantiam et corporeum et animatum atque sensibile. et in ceteris quidem speciebus atque generibus ad hunc modum vel diuidunt genera: vel species describuntur.

Quemadmodum igitur substantia cum suprema sit eo quod nihil supra eam sit genus est generalissimum: sic et homo cum sit species. postquam non est alia species: neque aliud eorum que possunt diuidi in species sed solum individua. individuum enim est socrates et plato: species erit solum. et ultima species. ut dictum est: specialissima. que vero sunt in medio. eorum quidem que supra ipsa sunt species erunt. eorum vero que post ipsa genera sunt que rebus quidem duas habent habitudines. illam que est ad superiora. secundum quam species dicuntur esse ipsorum. et eam que est ad posteriora. secundum quam genera ipsorum esse dicuntur. Extrema vero habent unam habitudinem. nam et generalissimus ad ea que posteriora sunt. habet habitudinem. cum genus sit omnium id quod est supremum. ea vero que est ad superiora non habet cum sit supremum et principium primum et ut diximus. supra quod non est aliud superueniens genus. Specialissimum autem unam habet habitudinem. eam que est ad superiora. quorum est species. eam vero que est ad posteriora non diuersam habet. sed et individuum species dicitur. Sed species quidem dicitur individuum velut ea continens. species vero superiorum velut ea que ab illis continetur.

Ex proportione speciei nomen etiam generis ostenditur nam ut genus: quoniam non habet genus supra se generalissimum genus dicitur: ut substantia: ita species quoniam non habet sub se speciem sed individua: specialissima species dicitur: ut homo. quid autem est species non habere sub se. id est. his preesse: que neque in dissimilia diuidi possunt: ut genera diuiduntur: neque in similia secantur ut species. Que vero inter genera generalissima: speciesque specialissimas constituta sunt: ille vero species et genera nuncupantur: que et ipsa alijs supponuntur: et his alia subiunguntur. Quorum in dissimilia vel in similia possunt esse partitiones. Quorumque due habitudines et quasi comparationes sint opposite: que in omnibus generibus speciebusque versantur: una quidem que ad superiora respiciat: ut specierum que suis generibus supponunt: alia vero que ad inferiora: ut generum cum speciebus proprijs preponunt: generalissima quidem genera unam tantum retinent habitudinem eam. scilicet. que inferiora amplectitur: illa vero que ad preposita comparatur non habet. Generalissimum enim genus nulli supponitur. Item species specialissima unam possidet habitudinem per quam scilicet. ad sola genera comparatur. Illam vero que ad inferiora committitur: non habet. nullis enim speciebus ipsa preponitur. at vero que subalterna sunt genera utraque habitudine funguntur: nam et illam possident que ad superiora respicit: quoniam que subalterna sunt. habent suppositum genus: et illam que de inferioribus predicatur. habent enim subalterna genera suppositas species ut corporeum ad substantiam quidem eam retinet habitudinem qua potest poni sub genere: ad animatum vero eam que

potest de specie predicari. Specialissime vero species licet ipse individuis preponatur: tamen suppositi habitudinem non habet: ideo quoniam illa que speciei ultime supponunt: talia sunt: ut quantum ad substantiam unum quodam sint non habentia substantialem differentiam sed accidentalem. efficitur ergo ut numero saltem distare videantur: ut pene dici possint et pluribus preesse species: et quodammodo nulli omnino esse preposite. nam cum species substantiam monstrat: una est omnium individuum sub specie positorum substantia: quodammodo nulli preposita est si ad substantiam quis velit aspicere. at si accidentia quis consideraret: plures de quibus predicatur species fiunt non substantie diuersitate sed accidentium multitudine. itaque fit ut genus quidem semper plurimas sub se habeat species. de differentibus enim specie predicatur. differentia vero nisi pluralitati non conuenit. at vero species est unum aliquod individuum preesse potest. si enim unus (ut perhibetur) est phoenix: phoenixis species de uno tantum individuo predicatur. Solis etiam species unum solem intelligitur habere subiectum. ita nullam multitudinem species per se continet cum etiam si unum sit tantum individuum: speciei tamen non preceat intellectus. quibusdam enim suis quasi similibus partibus preest. ut si crux virgula in partes suas vel ereas particulas diuidas secundum id quod es dicis et partes esse intelligis: et totum. ideo dicta speciem licet: et si sit in diuiduis preposita unam tantum habitudinem possidere: illam unam. scilicet. qua species est. quando enim prepositis subditur: species nuncupatur: et est superiorum species tanquam subiecta: inferiorum quoque species: ideo quoniam eorum substantiam demonstrat. Nec ita est species substantia individuum: quemadmodum speciei genus. illud. nam pars substantie: ut animal hominis. Relique enim partes rationale atque mortale adduntur animali ad diffinitionem substantiam hominis. homo vero Socratis atque Ciceronis tota substantia est: nulla enim additur differentia substantialis ad hominem: ut Socrates fiat aut Cicero: sicut additur animali rationale atque mortale: ut homo integra diffinitione claudatur. ideo igitur species specialissima tantum est species: atque hanc solum possidet habitudinem: ad superiora quidem quoniam ab his continetur: ad inferiora: vero quoniam substantiam eorum format et continet.

Determinant ergo generalissimum ita quod cum genus sit non est species. et rursus supra quod non est aliud supraueniens genus. Specialissimum vero quod cum sit species non est genus et quod cum sit species. nunquam diuiditur in species. et quod de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit predicatur. Ea vero que sunt in medio extremorum subalterna vocantur genera et species et unumquodque eorum species esse potest et genus. ad aliud quidem et ad aliud sumpta. Ea vero que sunt ante specialissima usque ad generalissimum ascendunt. et genera dicuntur et species. et subalterna genera. ut agamemnon. atrides. pelopides. tantalides. et ultimum iouis. Sed in familiis quidem plerumque reducuntur ad unum principium verbi gratia ad iouem.

Postquam naturam generum ac specierum diuersitatem monstrauit: eorum ordinem diffinitionis des-

Secunda editio In porphi.

scriptionisq; commemorat: ac primum qdē generalis
 sumi generis terminum esse indicat dicens generalis
 sumū genus esse qd cū ipsū sit gen^o non habet super-
 positum genus hoc est speciem non esse: rursus su-
 pra quod non erit aliud genus supraueniens. Si enī
 habet aliud genus: minime ipsum generalissimum
 vocaretur. specialissima vero species hoc mō descri-
 bitur quod cum sit species non est genus: ex opposito
 diffinitur: quoniam opposita ex oppositis describun-
 tur interdum. nam quoniam prepositio opposita ē sup-
 positioni genus autem preponitur: species vero sup-
 ponitur: si iccirco erit primum genus: quia ita super-
 pōitur vt minime supponatur: iccirco erit vltima spe-
 cies quia ita supponitur: vt preponi non possit: igitur
 recte oppositorum ex oppositis facta est diffinitio: r
 alia rursus descriptio speciei quod cum sit species: nū-
 q̄ diuiditur in species: id est genus esse non potest. r
 rursus alia diffinitio quod de pluribus differentibus
 numero in eo quod quid sit predicat. de qua diffinitio
 ne sepe est superius demonstratū: nunc illud attendē-
 dum est (sicut paulo superius dictum est) speciei vnū
 indiuiduum potest subiectum esse: vt phenici atomū
 suum: vt soli corpus hoc lucidū: vt mūdo vel lūe: quo-
 rum spēs singulis indiuiduis suis superponuntur: qd
 si ita est vt species de vno quolibet indiuiduo predice-
 tur: vt de phenice. quomodo conuenit dicere species
 esse que de pluribus numero differentib⁹ in eo qd
 sit predicat. Sunt enim quedam que de numero dif-
 ferentibus minime dicuntur: vt phenix: sol luna. sed
 de his illa ratio est de qua etiam superius pauca red-
 didimus que paululus implexa comodius nodū que-
 stionis absoluet. Omnia enim que sub specialissimis
 speciebus sunt: siue infinita sint: siue finito numero cō-
 stituta: siue ad singularitatem deducantur dum ē ali-
 quod indiuiduū semper species permanebit: neq; in-
 diuiduorum diminutione si quodlibet vnum m̄eat
 species cōsumitur: vt dictum est. tamen si plura sint ī
 diuidua substantialia differentias non habebunt. id
 ergo in genere dici non conuenit: quia his preest: que
 substantiali a se genere differentia disgregata sunt.
 preest enim speciebus que diuersis differentiis in-
 formantur. Si igitur vna eaz pereat: r ad vnitatem
 speciei redacta fuerit ratio: genus esse non poterit: qz
 de differentibus specie predicatur: non ita in specie-
 bus. Nam si omnium indiuiduorum natura consum-
 pta sit: etiam si ad vnus singularitatē indiuidui sup-
 posite speciei predicatio venerit: est tamen species ac
 permanet. Talia enim sunt illa que pereūt ac desūt
 quale est id quod permansit r subiacet. Quod vero
 dicimus de pluribus numero differentibus speciem
 predicari: duobus id recte excusatur modis. Vno qui-
 dem quia multo plures sunt species que de numero-
 sis indiuiduis predicantur: q̄ quibus vnum tm̄ indi-
 uiduum videtur esse suppositum. debinc hoc mō qz
 multa sm̄ potestātē dicunt cū actu non semp ita sint
 vt risibilis homo dicitur etiam si minime rideat: qm̄
 ridere potest. Ita igitur species de numero differen-
 tibus predicatur: nihil enī min⁹: phenix de pluribus
 phenicibus pdicare si plures essent q̄ nunc: qm̄ vn⁹
 esse phibetur. Item solis species de hoc vno sole
 que nominus: nunc dicitur: r si in animo plures soles
 r in cogitatioe fingantur: nihilominus de pluribus
 solib⁹ indiuiduis nomen solis q̄ de hoc vno predica-
 bitur. Ic circo igitur species de pluribus numero dif-
 ferentibus dicitur predicari cū sint alique que de sin-

gulis indiuiduis appellentur. illa vō q̄ subalterna vo-
 cantur ita diffiniri queunt. Subalternū genus est qd
 esse genus r species poterit ad eum modū q est in fa-
 milijs que procreant r procreantur: vt etiā subiectū
 monstrat exemplum: vt Agamemno Atrides r De-
 lopides r Tantalides r vltimū Iouis Atrides enim
 Delopis filius tanq̄ eiusdē species quasi Agamēno-
 nis genus est. Item Agamēnon Atrides r Delopi-
 des r Tantalides: cum Delops ad Tantalum com-
 paratur. Tantalusq; ad Iouē quasi species. Itēq; Tā-
 talus ad Delopem. Delops ad Atridē quasi genera
 esse videantur: cum Iuppiter velut sit horū genera-
 lissimū genus. Sed in familijs quidē plerumq; redu-
 cuntur ad vnum principium verbi gratia ad Iouem
In generibus autem r speciebus non sic se habz
 neq; enī vnū cōe genus oīz ē ens. nec omnia eius-
 dem generis sunt secundum vnum supremum ge-
 nus. quemadmodū dicit Aristoteles. sed sint posi-
 ta quemadmodum dictum est in predicamentis.
 prima decem genera quasi decem prima p̄cipia.
 Et si oia quis entia vocet equiuoce inquit nuncu-
 pabit non vniuoce. si enim vnum esset commune
 omnium ens. vniuoce omnia entia dicerentur. cuz
 vero sint decem principia prima cōmune ens oīz
 secūdu nomen est solum. non etiam secundum ra-
 tionem que secundum nomen est.

Quoniam de subalternis generib⁹ diceret familie cu-
 iusdā posuit exemplū. Que ab Agamennone puenit
 ad Iouem quem quidem pro numinis reuerentia: vt
 timū posuit. Quātū enī ad veteres theologos refer-
 tur Iuppiter ad saturnum: saturnus ad celium. celi
 vō ad antiquissimum ophionez ducitur: cuius ophyo-
 nis nullum principium est. Ille igitur quod in familijs
 est: id reb⁹ quoq; esse credatur: vt res omnes possint
 ad vnum sui nominis redire principium. Idcirco de-
 terminat hoc in generibus ac specieb⁹ esse nō posse:
 neq; sicut familie cuiuslibet ita etiam omnium rerū
 vnum esse principium potest. fuerunt enim qui ī hac
 opinione tenerentur: vt rerum omnium que sunt vnū
 putarent esse genus qd ens nuncupatur tractū ab eo
 qd dicimus est omnia enim sunt r de omnibus esse
 predicatur: itaq; substantia est: r qualitas est: item
 quantitas est: ceteraq; esse dicuntur. Hic de his ali-
 quid tractaretur: nisi hec que predicamēta dicuntur
 esse constaret. Que cum ita sint vltimum omnium ge-
 nus ens posuerunt. scilicet qd de omnibus predicaret
 ab eo enim quod dicimus est participium inflecten-
 tes: greco quidem sermone vō latine ens appellaue-
 runt. Sed Aristoteles sapientissimus principio-
 rum cognitor reclamat huic sententie: nec ad vnū
 res omnes putat duci posse primordium: sed de-
 cem genera esse in rebus: Que cum a semetipsis di-
 uersa sūt tm̄ ad nullū cōmune principium reducuntur
 hec autem decē genera statuit: substantiā: qualitātē
 quantitatem: ad aliquid. vbi: quādo: situm: habere:
 facere: pati. quod vō occurebat. qm̄ de oībus his esse
 predicaretur (Oia enim que superi⁹ dicta sūt ḡna eē
 dicūt ita discussit) ac repulit dicens nō omne cōmūe
 nomen cōmūe ē formare substantia: nec ex eo debe-
 re genus esse cōmūe arbitrari: qd de aliquibus cōmu-
 ne nomē predicaret. Quibus enim diffinitio cōmu-
 nis nominis conuenit: illa cōmūis nominis iure spe-
 cies iudicabuntur: r cōmuni illi vocabulo vniuoce p̄-
 dicantur:

dicantur: quibus vero non conuenit. vox bis commu-
nis tñ est: nulla vero substantia. Id autem manifes-
tius declaratur hoc modo exemplis animal hominis
atq; equi genus esse predicamus: deinus igitur ani-
malis diffinitionem que est substantia animata sensi-
bilis. hanc si ad hominem reducamus: erit homo sub-
stantia animata sensibilis: nec vlla falsitate diffinitio
maculatur. Rursus si ad equum: erit equus substantia
animata sensibilis. Id quoq; verum est: conuenit igi-
tur diffinitio et animali quod cõmune est homini atq;
equo: et ea eidez equo atq; homini: que species ponũ-
tur animalis: ex quo fit: vt homo atq; equus vtraq;
animalis vniuoce species predicetur at si quis hominẽ
pictum hominemq; veruz cõmuni animalis nomine
nũcupauerit diffiniat (si libet) animal hoc modo sub-
stantiam animatam esse atq; sensibilem. Sed hec q;
dem diffinitio ei homini qui viuus est conuenit: ei q;
dem qui pictus est minime. neq; enĩ est animata sub-
stantia igitur homini viuo atq; picto quibus commu-
nis diffinitio idest animalis non potest conuenire. nõ
est animal commune genus sed tñ cõe vocabulum di-
citur: q; hoc nomen animalis in viuo hoie atq; picto
non genus est: sed vox plura significans: vox enĩ plu-
ra significans que equiuoca nuncupat. Sicut ea vox
que genus ostẽdit vniuoce dicitur. Itaq; id quod di-
citur ens et si de omnibus dicitur predicamentis: quo-
niam tamen nulla eius diffinitio inueniri potest: que
omnibus predicamentis possit aptari. Iccirco non di-
citur vniuoce de predicamentis idest vt gen^{us}: sed eq-
uoce idest vt vox plura significans. Cõuincitur hac quo-
q; ratione id quod dicimus ens predicamentorum ge-
nus esse non posse. vnius enim rei duo genera esse
non possunt: nisi alterum alteri subiciatur vt homi-
nis genus est animal atq; animatũ: cum animal ani-
mato velut species supponatur. At si duo sint sibimet
ita equalia: vt nunq; alteri alterum supponatur: hec
vtraq; eidem speciei genera esse non possunt. Ens igi-
tur atq; vnum neutrum alteri supponitur: neq; vni^{us}
dicere possumus genus ens. nec eius quod dicim^{us} ens
vnum. Nam quod dicimus ens vnu est. et quod vnu
dicitur ens est: genus autem et species sibi minime cõ-
uertuntur. Si igitur predicatur ens de omnibus pre-
dicamentis: predicatur et vnum. Nam substantia vnu
est: qualitas vnum est: quantitas vnum est: ceteraq;
ad hunc modum. Si igitur quoniam esse de omnib^{us}
bis predicatur omnium genus erit ens: et vnum: quo-
niam de omnibus predicatur: erit omnium genus. s; vnum
atq; ens (vt demonstratum est) minime alteri
alteri preponitur. duo igitur equalia singulorum pre-
dicamentorum genera sunt: quod fieri nequit: cũ hoc
igitur sit: id Porphyrius determinauit dicẽs nõ ita
in rebus: vt in familijs omnia ad vnum principũ pos-
se deduci: nec omnium rerum commune esse genus
posse: vt Aristoteli placet: s; sũt pposita iquit quẽad-
modum in predicamentis dictum est prima decem ge-
nera quasi decem prima principia. s. vt nulla interim
ratio perquiratur. sed Aristotelis auctoritati conce-
dentes hec decem genera nulli alij generi esse creda-
mus subiecta. que si quis entia nũcupat: equiuoce nũ-
cupauit: non vniuoce. neq; enim vna eorum omnium
secundum commune nomen diffinitio poterit adhi-
beri. que res facit: vt non vniuoce de his aliquid pre-
dicetur. Si enim vniuoce predicaretur: gen^{us} esset eo-
rum commune nomen q; de omnibus predicaretur.
at si genus esset: diffinitio generis conueniret in spẽs

quod quia non fit: commune his id quod dicim^{us} ens
vocabulum est vocis significatione: non ratione sbe.
¶ Decem quidem igitur generalissima sunt spe-
cialissima vero in numero quidem quodam sunt.
non tamen infinito. Individua autẽ que sunt post
specialissima infinita sunt. quapropter vsq; ad spe-
cialissima a generalissimis descendentes iubebat
plato quiescere. Descendere autem per media di-
uidentis specificis differentis. infinita vero iquit
relinquẽda sũt neq; .n. eoz posse fieri disciplinam
¶ Quoniam specierum nosse naturam ad sectionẽ ge-
neris pertinet: quoniam scientia infinita esse non po-
test (nullus enim intellectus infinita circumdat) iccir-
co de multitudine generum specierum atq; indivi-
duorum rectissima ratione persequitur dicens. Supre-
morum generum numerum notum. decem enĩ predi-
camenta. Aristotelis esse reperta que rebus omnibus
generis loco preferenda sunt. Spẽs vero multo plu-
res esse q; genera nam cum suprema sint rerum ge-
nera: cũq; vni generi non vna sed multe species sup-
ponatur. proximeq; species supremis generib^{us} subal-
terna sint genera vsq; dum ad vltimas species descẽ-
dant. nimirũ vnius generis multas species necesse ẽ
esse diffusas. Specialissima vero multo plura esse q;
subalterna: quoniam per multitudinem generũ subal-
ternorum vsq; ad specialissima descendit. species qui-
dem multo plures esse q; genera subalterna. hoc ma-
xime ostenditur q; inferiores sunt: et semper subalter-
na genera in plura subiecta diuiduntur. Decẽ vero
generum species multo plures q; vnius existere ma-
nifestum est. verumtamen et si plures sũt certo tamẽ
numero cõtinentur. quẽ facile si quis discutiat oĩum
q; generum species prosequatur possit agnoscere. In-
diuidua vero que sub vnaquaq; specie sũt infinita sũt
vel eo q; taz multa sũt diuersisq; locis posita: vt sciẽ-
tia in vnum concludi comprehendiq; non possint: vel
q; in generatione et corruptione posita nunc quidem
incipiunt esse: nunc desinunt atq; iccirco suprema qui-
dem genera et subalterna et spẽs eas que specialissime
nuncupantur: quoniam finito sunt numero: potest ter-
minus scientie includere: indiuidua vero nullo modo
Iccirco igitur Plato magis a generibus q; a spe-
ciebus specialissimis precipiebat facere sectionem: p-
ea enĩ que finita eẽnt numero iubebat descendere di-
uidẽtẽ: vbi autẽ ad indiuidua veniret: standũ esse sua-
debat: nec qd natura non ferret: infinita colligere. ita
vero genera in species diuidi comprobatur: vt in speci-
ficis differentijs soluerentur. De specificis vero diffe-
rentijs melius in eo titulo vbi de differentia disputa-
tur ac largius differemus. hic enĩ hoc tñ dixisse suffi-
ciat eas esse specificas differentias: quibus species in-
formantur: vt rationale mortale hominis. Cum igit
diuidimus animal rationale: mortale immortaleq; se-
paramus: ceteraq; genera talibus differentijs: q; subie-
ctas species informant. Plato consuluit esse diuiden-
da vsq; dum ad specialissima veniretur. debinc con-
sistere nec infinita sequi: quoniam indiuiduorum nũ-
q; esset nec disciplina nec numerus.

¶ Descendentibus igitur ad specialissima necesse
ẽ diuidẽtes p multitudinẽ ire Ascẽdẽtib^{us} vo ad ge-
neralissima necẽ ẽ colligere multitudinẽ i vnu. col-
lectiuũ. n. multozũ in vnã naturã spẽs est. et magis
id quod ẽ genus. Particularia vero et singularia

Secunda editio In porphī.

econtrario in multitudinem semper diuidunt id quod vnum est. participatione enim speciei plures homines sunt vnus homo. i particularibus autem et singularibus vnus et cōis plures. diuisiū entis est semp quod singulare est. collectiuum autem et adunatum quod commune est.

Diuidere enī est in multitudinem quod vnum fuerat ante dissoluere. Omnisq; collectio econtrario cōpositionē coniunctionēq; meditat. Quid. n. cū sit vnum dispertiendo diuiditur: id ipsum ex plurib⁹ rursus partibus adunando componitur. Ut igitur superius dictus est: indiuiduorum quidem similitudinem species colligit. Specierum vero genus. similitudo enim nihil est aliud nisi quedam vnitatis qualitas. ergo substantialem similitudinem indiuiduorum spēs colligere manifestum est. Substantialē vero genera similitudinē specierum contrahunt: et ad seipsa reducunt. Rursus generis adunationem differentie distribuunt in species: speciei q; adunationes in singulares indiuiduasq; personas accidentia partiuntur. Cum igitur hoc ita sit: necesse est semper cum a genere descenditur ad speciem diuidendo semper facere multitudinem. Cum vero a speciebus ascenditur ad genera componendo: colligere plures in specierum differentijs que diuerse fuerant similitudinum qualitates et adunare in speciebus etiā idē considerari potest: vt enim ipsa indiuidua que sunt infinita: vnam similitudinem substantialē colligunt: ita spēs propriam infinite distribuunt. Omnia enim indiuidua disgregatiua sūt et diuisiua. Species vero et genera collectiua: spēs quidem indiuiduorum collectiua atq; adunatiua. Speciez vero genera vt ita dicēdū sit: genus quidem spēs distribuit: et spēs ab indiuiduis multitudine deducitur. rursus autem genus quidem multas species colligit. Species autē singularē particularēq; multitudinem ad singularitatis pducit vnitatē: igitur plus genus adunatum est q̄ species. Species namq; sola indiuidua colligit. Genus vero tā species q̄ ipsarū quoq; specierū indiuidua cōtrahit singularesq; personas: sed in hoc cōuenienti vtitur exemplo dicens: participatione speciei. i. hominis Lato: Plato Licerō pluresq; reliqui homines vnus. i. milia hominum in eo q; sunt homines: vnus homo est. At vero vnus homo: qui specialis est: si ad hominum multitudinē qui sub ipso sunt consideretur. plures sunt: ita et plures homines in speciali homine vnus est. Et specialis vnus est in pluribus infinitus. Sic igitur q; singulare quidem est diuisiuum est: quod commūne vero quoniam multorum vnum est: vt genus ac species: collectiuum est atq; adunatum.

Assignato at̄ genere et specie quid sit vtrumq; et genere quidem vno existente. speciebus vero pluribus. semper enim diuisio generis in species plures est. genus quidem semper de speciebus predicatur. et omnia superiora de inferioribus. species autem neq; de proximo sibi genere. neq; de superioribus. neq; enim conuertitur. Oportet enī aut equa de equis predicari. vt hinnibile de equo. aut maiora de minoribus. vt animal de homine. minora vero de maioribus minime. nec enim animal dicit esse hominem. quemadmodum dicit hominē animal. de quibus autem species predicat. de his

necessario et speciei genus predicatur et generis genus vsq; ad generalissimum. Si enim verum est dicere. Socratem hominem. hominem autem animal. animal vero substantiam. verum est socratem et animal dicere atq; substantias. semper igitur cum superiora de inferioribus predicantur. species quidem de indiuiduis predicabitur. gen⁹ autem et de specie et de indiuiduo. generalissimum at̄ et de genere et de generibus. si plura sunt media et subalterna. et de specie: et de indiuiduo. Dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub se positis generibus et speciebus et indiuiduis. Gen⁹ autem quod ante specialissimum est. de omnibus specialissimis et de indiuiduis. solum autē species de omnibus indiuiduis. Indiuiduum autem predicatur de vno solo particulari.

Breuiter quecūq; superius dicta sunt: cōmemorat hoc mō. Cū igitur inquit assignauerim⁹ qd sit gen⁹: et quid sit species cunq; suis etiam ea diffinitionibus comprehenderimus docuerimusq; vnum genus semper in plurimas species solui: illud inquit adiungim⁹ quoniam omnia superiora de inferioribus predicant. Inferiora vero de superiorib⁹ minime. Et ea que sūt vtilia de predicationis modo rite pertractat. Ostendit autem vnum genus in plurimas species semper solui assignata generis diffinitōe. Quod enī de pluribus specie differentibus in eo q; quid sit predicatur: idem esse diffinit. genus. Nihil autem sunt plurime res specie differentes nisi plurime species. de quibus autem predicatur genus: in ea ipsa dissoluitur. Ostensum est igitur ex diffinitionis assignatiōe. vni⁹ generis semper esse species plures: que cum ita sint: genus quidem de specie predicatur: species vero de indiuiduis: omniaq; superiora de inferioribus: inferiora de superioribus nullo modo. Id quare adueniat paucis absoluam. Que superiora sunt substantialiter ea genera esse prediximus. que vero genera sunt ampliora sunt: q̄ vnaqueq; species. Illeq; enim in plurima diuideretur genus: nisi ab vnaqueq; specie magis existeret. Id cum ita sit: nomen generis toti conuenit speciei. Non enī coequatur solum speciei generis magnitudo: verum etiam speciem ipsam superuat. Idcirco igitur omnis homo animal est quoniam intra animalis vocabulum: vt et homo et cetera animalia continetur. At vō nullus dixerit omne animal homo est. non enim peruenit ad totum animal hominis nomen: q; cum sit minus: nullo modo generis vocabulo coequatur. Itaq; que maiora sunt de minoribus predicantur: que vero minora sunt: non conuertuntur vt de maioribus predicantur. At vero si qua sint equalia: ea secundum nature pluralitatem cōverti necesse est: vt hinnibile atq; equus: quoniam ita si hinnibet coequantur: vt neq; equus non sit nisi hinnibile: neq; quod sit hinnibile: non sit nisi equus. fit ergo vt omne hinnibile equus sit: et omne equus hinnibilis sit: que cum ita sint: ea que superiora sunt non modo de sibi proximis inferioribus: verum etiam de inferiorum inferioribus predicantur. nam si illud recipitur: vt ea que superiora sunt de inferioribus predicantur inferiorum inferiora superioribus multo magis inferiora sūt: velut substantia predicatur de animali qd ē inferior: s; aīali inferior ē homo: predicabit igit etiam substantia

substantia de boie. Rursus socrates inferius e homie predicabitur igitur substantia et de Socrate. Itaque species quae de indiuiduis predicantur: genera vero et de speciebus et de indiuiduis: quod conuerti non potest. nam neque indiuidua de speciebus aut de generibus predicantur nec species quidem de generibus. itaque fit: ut genus quidem generalissimum de omnibus subalternis generibus predicari: et de speciebus et de indiuiduis possit: sed ipso uero nihil. Ultimum uero genus id quod ante specialissimas species collocat sine medio: et de solis speciebus specialissimis dici potest et de eorum indiuiduis. species uero de indiuiduis ut dictum est: indiuidua. n. de singulis predicantur ut Socrates et plato: eaque maxime sunt indiuidua: que sub ostensione ne indicationeque digiti cadunt: ut hoc scannus: et hoc ueniens: atque ex aliqua proprietate accidentium designantur. nota: ut si quis Socratem uelit significatione ostendere: non dicat Socrates: ne sit alius qui forte hoc nomine nuncupet: sed dicat Sophronisci filius: si uincus Sophronisci fuerit. indiuidua enim maxime ostendi queunt: siue sub tacito nomine: siue sub ipso oculo: digito: tactuue monstrantur: uel ex aliquo proprio accidente significantur: uel nomine: si solus illud adeptus est nomen. uel ex parentibus: si illorum e unus filius: uel si ex quolibet alio accidenti singularitas demonstrat: eo quod accidentis ad unam se predicationem habeat: eiusque uel predicatio uel dictio non transeat ad alterum: sic generis quod ad species species uero ad indiuidua.

Indiuiduum autem dicitur Socrates. et hoc album. et hic ueniens sophronisci filius: si solus sit ei Socrates filius. Indiuidua autem dicuntur huiusmodi. quoniam ex proprietatibus consistit unum quodque eorum. quarum collectio nunquam in alio quolibet eadem erit. Socratis enim proprietates nunquam in aliquo quolibet erunt particularium eedem. De uero que sunt hominis proprietates. dico autem ei qui est communis. erunt eedem in pluribus: magis autem in omnibus particularibus hominibus in eo quod homines sunt.

Quonia superius indiuiduum appellauit: huius nominis rationem conatur ostendere. ea namque sola diuiduntur: que plurimis communia sunt. ab his enim unumquodque diuiditur: quorum est commune: quorumque naturam ac similitudinem continet. Illa uero in quibus commune diuiditur: communi natura participant: proprietatesque communis rei his quibus communis est conuenit. At uero indiuiduorum proprietas nulli communis est. Socratis enim proprietas si fuit caluissimus: propenso alio: ceterisque corporis liniametis: aut morum institutio: aut forma uocis: non conueniebat et in alterum: he enim proprietates: que ex accidentibus ei obuenerant: et eius formam si figuramque conuenerant: in nullo alio conueniebant: eiusque proprietates nulli poterant esse communes. Cuius uero proprietates in nullum alium conueniunt: proprietates eius nulli poterant esse communes: cuius proprietas nulli communis est nihil est quod eius proprietate participet. Quod uero tale est ut proprietate eius nulli participet: diuidi in ea quibus non participat: non potest. Recte igitur hec quorum proprietates in aliud non conueniunt: indiuidua nuncupantur. At uero hominis proprietates. id est specialis conuenit in Socratem in Platonem et in ceteros quorum proprietates ex accidentibus uenientes in quolibet alium singularem nulla ratione conueniunt.

Continetur igitur indiuiduum quidem sub spe

cie: species autem sub genere: totum enim quiddam est genus. Indiuiduum autem pars: species uero totum et pars: sed pars quidem alterius. totum uero non alterius. sed in aliis. In partibus enim totum est. De genere quidem et specie et quid sit generalissimum et quod specialissimum. et que genera eadem et species sunt et que indiuidua. et quot modis genus et species dicitur. sufficienter dictum est.

Hic retractat omnia breuiter que supra latius absoluit dicens. Indiuiduum a specie contineri: species uero ipsas a genere: huiusque causam reddens ait. Omne genus totum est: indiuiduum uero pars. Genus enim in eo quod genus est continet totum: et si species esse potest. totum enim non ut genus est species: sed ut ea que superponitur generi. Genus igitur in eo quod genus est totum est speciebus. semper enim continet eas. At uero indiuiduum semper est pars: nunquam enim ipsius aliquid sua proprietate concludit. Species uero et totum est et pars: pars quidem generis: totum uero indiuiduis. Et cum pars e ad singularitatem refertur: cum totum ad pluralitatem: Quoniam enim unum genus pluribus speciebus superest: unaquelibet species pars est generis. id est unius. Quoniam autem species pluribus indiuiduis preest: non est unius indiuiduorum totum: sed plurimum. Idcirco enim totum dicitur: quia plura continet et coercet. Nam ut pars sit aliquid: unum ipsum unius pars esse poterit: ut uero totum sit: unum ipsum unius totum esse non poterit. Idcirco alterius quidem pars est species alijs uero totum. Et de genere quidem et specie dictum est: quid sit generalissimum genus: quoniam id cui nullum aliud superponitur genus. et quid specialissima species: quoniam ea cui species nulla supponitur: et quorum genera eadem sunt: eedem et species. id est subalterna quibus aliquid superponitur: aliquid uero supponitur: que etiam indiuidua ea quorum scilicet proprietates alteri nequeunt conuenire et quot modis genus et species dicitur. Genus quidem aut in multitudine: aut in procreatione: aut in participatione substantie consistit: species autem ex figura: aut ex generis superpositione: dictum est sufficienter. Quibus absolutis modum uoluminis terminabo: ut quarti area libri differentie reseruetur.

De differentia disputanti non eque illud debet occurrere: quod in generis specieque tractatu de collationis ordine querebatur: Illic enim meminimus inquisitum: cur esset omnibus prepositum genus: ut id primum ad disputationem ueniret. Cur post genus species esset iniecta. nunc uero superuacuum est dicere: cur post speciem differentia sumpta sit: cum illud iam fuerit inquisitum: cur non ante speciem collocata sit. Quod si mirum uidebatur speciem differentie in disputationis loco fuisse prepositam: eo quod differentia continentior: ac magis amplior esset specie: quid est quod possit quisque mirari: si eandem differentiam ante proprium atque accidentem collocauerit. Cum proprium unius semper sit speciei. ut posterius demonstrabitur: accidens uero exteriorem quamdam ostendat naturam nec omnino in substantia predicetur. Differentia uero utrumque contineat: et de pluribus speciebus et in substantia predicetur: sed hec

Dhactenus. Nunc ad ipsa uerba Porphyrij redeam. Differentia uero continet: et proprie. et magis proprie dicitur continet quidem differre alterum ab

Secunda editio In porphi.

altero dicitur. quoniam alteritate quadam differt quocumque modo: vel a seipso vel ab alio. differt enim socrates a platone alteritate quadam. et ipse a se vel iam puero: vel iam viro: vel iam faciente aliquid vel quiescente, et semper in aliquo modo habendi se alteritatibus spectatur. Proprie autem differre alterum ab altero dicitur. quando inseparabili accidente alterum ab altero differt. Inseparabile vero accidens est: ut nasi curvitas cecitas oculorum. et cicatrix cum ex vulnere occaluerit. Magis autem proprie alterum differre ab altero dicitur: quando specifica differentia differt: quemadmodum homo ab equo specifica differentia differt rationali qualitate.

Tribus modis aliud ab alio distare prediximus: genere specie: numero: quibus omnibus aut secundum substantiales quasdam differentias alia res distat ab alia: aut secundum accidentia. Illam que genere vel specie distat: substantialibus quibusdam differentiis disgregata sunt. Et circo quoniam omnia genera et species quibusdam differentiis substantialibus informantur. Illam cum homo ab arbore genere distet animalis sensibilis qualitas in eo differentiam facit. Addita enim sensibilis qualitas animato animal facit. Eadem quidem detracta facit animatum atque insensibile que sunt virgulta. igitur homo atque arbor que genere differunt (vtraque enim sub animalis genere poni non possunt) differentia sensibili secundum genus discrepant. que vnius expositi tantummodo generis. id est hominis informant: ut dictum est. Illa vero que specie distat manifestum est: quod ipsa quoque differentiis substantialibus discrepant: ut rationalitate atque irrationalitate homo atque equus differentiis substantialibus distat. Ea vero que individua sunt. et solo numero discrepant solis accidentibus distant: hec autem sunt vel separabilia vel inseparabilia. Separabilia quidem: ut moueri dormire. distat enim aliquis ab alio quod ipse somno premitur: hic vigilet. Distat item inseparabilibus accidentibus: quod hic stature sit longioris hic minime. Que cum ita sint. in ternarium numerum has differentiarum diuersitates Porphyrius colligit: hisque ipse nomina quibus post vtriusque apponit dicens. Omnis differentia vel comiter vel propria: vel magis propria nuncupatur. Comiter quidem eam differentiam sumes: que quodlibet accidens monstraret: que in quadam alteritate consistit: ut si Plato a Socrate differat quod ille sedeat hic ambulat: vel quod ille senex: hic vero sit iuuenis. a seipso etiam sepe aliquis differre potest. ut si nunc quidem faciat aliquid cum ante quiescerit: vel si nunc adolesces iam factus sit: cum prius tenera virisset infantia. Communes autem differentie nuncupate sunt: quoniam nullius proprie esse possunt differentie: que separabilia accidentia sola significant. Nam stare et sedere et facere aliquid ac non facere aliquid multorum: atque ideo omnium sunt: et separabilia esse accidentia manifestum est. Quibus si qua differunt: eorum differentiis distare dicuntur. Preterea puerum esse atque adolescentem vel senem ea separabilia sunt accidentia. Nam ex pueritia ad adolescentiam: atque hinc ad senectutem ab hac denique ad decrepitam usque etatem nature ipsius necessitate progredimur. Illud forsitan sit dubitabile de vniuersiusque forma corporis: an villo modo separari queat. Sed ea quoque est separabilis forma nullus enim diuturna ac stabili forma perdurat. Tercitico nec peregrinus pater relictus domi puer: et si adolescentem rediens viderit posset agnoscere. forma enim

semper que ante fuerat: permutatatur atque ipsa alteritas qua distamus ab altero semper diuersa est. Constat igitur hanc communem differentiam separabilibus maxime accidentibus applicari. propria vero est: que inseparabilia significant accidentia. Ea hinc sunt: ut si quis cecus nascatur oculis: si quis incuruo naso. dum non adest nasus atque oculi: ille cecus: ille semper erit incuruus: atque hoc per naturam. Sunt vero alia que per accidens corporibus sunt: ut si cui vulnus inflictum cicatrice fuerit obductum hoc si occaluerit propriam differentiam faciet. distabit enim alter ab altero quod hic cicatricem habeat. ille vero minime. postremoque in his omnibus vel separabilibus accidentibus vel inseparabilibus: alia sunt naturaliter accidentia: alia extrinsecus. Naturaliter quidem ut pueritia vel iuuentus et totius confirmatio corporis. Sic quoque cecitas oculorum et curvitas nasi. Quorum superiora quidem exempla separabilis accidentis per naturam sunt posteriora vero inseparabilis accidentis. Item extrinsecus vel ambulare vel currere. id est non natura sed sola affectu voluntas. Natura vero posse tantum dat. non est facere: atque hec sunt separabilis accidentis extrinsecus venientis exempla. Illa vero inseparabilis accidentis extrinsecus ut si qua cicatrix obducta vulnere occaluerit. Magis proprie autem differentie predicantur: que non accidentia sed substantiam formant: ut hominis rationalitas. differt enim homo a ceteris quod rationalis est: vel quod mortalis. Hec sunt igitur magis proprie: que monstrant vniuersiusque substantiam. Nam si ille quidem circiter communes dicuntur: quia separabiles atque omnium sunt: alie autem proprie: quoniam separari non possunt: quauis sint in accidentium numero: ille magis iure proprie: predicantur: atque ut planius liqueat. Que non modo a subiecto separari non possunt: verumetiam subiectis ipsis species substantiamque perficiunt. Ex his igitur tribus differentiarum diuersitatibus: id est communibus: propriis: et magis propriis sunt tria genera vel species vel numerum discrepantie. Nam ex communibus et propriis secundum numerum distantie nascuntur. Ex magis propriis vero secundum genus ac speciem.

Uniuersaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuiuslibet adueniens. sed ea que est communiter et proprie alteratum facit. illa autem que est magis proprie aliud. Differentie enim alie quidem alteratum faciunt: alie vero aliud. Ille quidem que faciunt aliud specificiter vocatur. ille vero que alteratum simpliciter differentie. animali enim rationalis differentia adueniens aliud facit animal. et specie animalis facit. Illa vero que est mouendi. alteratum facit solus a quiescente. Quare hec quidem aliud illa vero alteratum solum facit.

Omnis differentia alterius ab altero distantiam facit. Sed hec vel est communis et continens: vel cum quodam proprio et magis proprio differentiarum modo: quare quicquid qualibet ratione ab alio diuersus est alteratum esse dicitur. Si vero accesserit illi diuersitati: ut etiam specifica quadam differentia sit diuersum: non alteratum solum verumetiam aliud esse predicatur. Alteratio igitur continens est: aliud vero intra alterationis spatium continetur: igitur omne quod aliud est alteratum est: sed non omne quod alteratum est aliud dici potest. Itaque si accidentibus aliquibus fuerit facta diuersitas: alteratum quidem effectum est. Quoniam quidem

quidem quolibet modo vel ex quibuslibet differentiis considerata diuersitas alterationem facit intelligi: aliud vero non fit: nisi substantiali differentia alteri ab altero fuerit dissociatum: Itaque cōes et proprie differentie quā accidētū (vt dictū est) sunt que solū efficiūt alteratū. Aliud vero minime magis autem proprie quā substantiam tenent et in subiecti forma predicantur non modo alteratū quod est cōe vel substantiali vel accidentali differentie: sed etiam aliud faciūt. Quod ea sola retinet differentia: que substantiā continet formāque subiecti. Atque hec quidē differentie que faciunt aliud specificē nuncupatur. Itcirco quod efficiunt speciem: quā cum substantialibus differentiis informauerint: faciunt ab alijs ita esse diuersam vt non alterum solum sit: verumetiam toto alia esse predicetur. Itaque fit huiusmodi diuisio. Differentiarum alie alteratū faciunt: alie vero aliud: et ille quidem que faciūt alteratū simpliciter puroque nomine differentie nūcupantur: ille vero que aliud: specificē differentie predicantur. Atque vt plani⁹ liqueat quid sit alteratū quid aliud. tali describuntur termino vel declarant⁹ exēplo Aliud est quod tota speciei ratione diuersum est: vt equ⁹ ab hoīe: quā rationalis differentia aīali adueniēs hominem fecit: aliudque eum quā equum esse constituit. Item si vnus hō sedeat: alter assistat: nō efficitur homo diuersus ab homine: sed eos alteratio sola disiungit: vt eum qui assistit ab eo qui sedet alteratū faciat. Itē si ille sit nigris oculis ille celsijs: nihil quātū ad formam humanitatis attinet permutatū ē. Itē secundū has differentias alteratio sola consistit. at si equus quidē iaceat: hō vero ambulet: et aliud ē equ⁹ ab homine et alteratum dupliciter quidē alteratū: semel vero aliud. Alteratū enim est quod omnino spē diuersum est: et est aliud. Omne. n. aliud vt dictum est ē alteratū ē: vel quod accidentibus distat: quod ille iaceat hic ambulet. Semel vero est aliud: quod rationabili atque irrationabili differentiis disgregat: que specificē sūt et substantiales dicuntur. Est igitur alteratum: quod ab altero qualibet ratione diuersum est.

Secundum igitur aliud facientes differentias diuisiones fiunt a generibus in species et diffinitiones assignantur. que sunt ex genere et huiusmodi differentiis. secundū autem eas que solum alteratū faciunt. alterationes solum consistunt. et aliquo modo se habentis permutationes.

Quoniam in principio operis generis speciei que differentie proprii et accidentis noticiam ad diuisiones atque diffinitionē vtilem esse predixit Itcirco nunc differentiarum ipsarum facta diuisione eas departitur et segregat: que nam differentie diuisionibus ac diffinitionibus accomodentur: que vero minime. Quoniam igit diuisio generis ita in species faciēda ē: vt ille a se species omni spē ratiōe diuerse sint. Itcirco non probat esse assumēdas eas ad diuisionē differentias: que vel separabilis vel inseparabilis accētis significatiōē tenēt: vel eas differentias que faciūt alterata. Itcirco quā (vt dictū ē) solū faciūt alteratū: aliud vero perficere et informare nō possunt. Inutiles igitur sūt ad diuisiones hec differentie que faciunt alteratū. Segregate igit sūt cōes et proprie a generis diuisione: ille assumendatū que sunt magis proprie. Nam ille faciunt aliud: quod generis diuisio videtur exposcere. Ad diffinitionem quoque eadem magis proprie plurimum valeret. Cōmunes namque et proprie velut inutiles segregantur

nam cōmunes et proprie: quā accētis diuersi generis ferunt: nihil substantie ratione conformant. Diffinitio vero omnis substantiam conatur ostēdere. Specificē vero differentie ille sunt: que vt superius dictum ē speciem informant substantiamque perficiūt. He sunt magis proprie: eadem igitur sicut in diuisiones generis: ita etiam in diffinitionem specierum sumuntur: nunc diuisiue: ad partitionem generis accomodant⁹. Ita igitur cum diuisiue sint generis aliud constituūt quod erat. In substantie vero diffinitione speciei informationem faciunt: cuius magis proprie et aliud faciunt et specificē sint eo quod aliud faciunt diuisionibus apte sūt he vero que speciem informant diffinitionibus accomodate sunt. Cōmunes autem et proprie quoniam neque aliud faciūt: sed alteratū: neque omnino substantiā mōstrant: eque a diuisione vt a diffinitione diiuncte sūt.

Superioribus rursus inchoanti dicēdū est differentiarum alias quidem esse separabiles. alias vero inseparabiles. Adoueri enim et quiescere. et sanū esse. et egrum. et quecūque his proxima sunt separabilia sunt. At vero aquilum esse vel simum. vel rationale. vel irrationale. inseparabilia sunt. Inseparabilem autem alie quidem sunt per se. alie vero per accidens. nam rationale per se inest homini. et mortale. et discipline esse susceptibile. At vero aquilū esse vel simum per accidens. et non per se.

Superius differentias triplici diuisione partitus ē dicēs: aut cōes esse: aut proprias: aut magis proprias: de hinc eas alia diuisione in duas secuit partes dicens: has quod aliud facere: alias vero alteratum: Nunc tertiā earundem facit diuisionē dicens: alias esse separabiles: alias inseparabiles: posse autem de vnoquoque cuius multe sunt differentie: plurimas fieri diuisiones vt ex ipsa differentiarū natura manifestum est. Nam si oīs diuisio differentiis distribuitur: quorum multe sunt differentie: multas diuisiones esse necesse est. fit aut vt aīal quidē diuidat⁹ hoc modo. Aīalium alia quidē sunt rōnalia: alia irrationalia. Item alia mortalia alia imortalia. Itē alia pedes habētia: alia minime. Rursus alia herbis vescētia: alia carnibus: alia seminibus. Ita nihil mirū videri debet si multiplex differentie est partitio facta: ac primūquod cum in ternariū differentie membra secussit: cōes proprias et magis proprias nuncupauit. Secūda vero diuisio cōmunes et proprias intra nomen alteratum facientis inclusit. Magis proprias vero intra aliud facientis. Nec vero tertia diuisio qua ait: differentiarū alias esse separabiles: alias inseparabiles: intra vocabulum inseparabilis: vnam quidem ex facientibus alteratum inseparabilibus differentiis ponit: cetera vero inter separabilis differentie vocabulum claudit: vna enim ex alteratum facientibus. idest propria differentia: et reliqua que aliud facere demonstrata est: idest magis: propria: inseparabiles differentie esse dicuntur. Quarum quidē subdiuisio fit: inseparabilium differentiarum alie sunt per se: alie per accidens que per se quidem magis proprie: secundum accidens vero proprie: per se autem aliquid inesse dicitur: quod alicuius substantiam informat. Si enim iccirco quelibet species ē: quoniam substantiali differentia constituitur. Illa differentia per se adest subiecto: neque per accidens: aut quodlibet aliud medium: sed sui presentia speciem quā tuet informat: vt hominē rationalitas. homini enim huius

Secunda editio In porphi.

modi differentia per se inest. Iccirco homo est: quia ratio nabilitas adest. Que si discesserit: species hominis non manebit: et has quidem que substantiales sunt: inseparabiles esse nullus ignorat. Separari enim a subiecto non poterunt: nisi interempta sit natura subiecti. Secundum accidens vero que inseparabiles differentie sunt. hec proprie nuncupantur: ut aquilum esse: vel simum. que iccirco per accidens nuncupantur: quoniam iam constitute speciei extrinsecus accidunt: nihil subiecto substantie comodantes.

Ille igitur que per se sunt: in ratione substantie accipiuntur: et faciunt aliud: ille vero que secundum accidens: nec in subiecto ratione accipiuntur: nec faciunt aliud: sed alteratum. et ille quidem que per se sunt: non suscipiunt magis et minus: ille vero que per accidens et si inseparabiles sunt. intentionem accipiunt et remissionem. nam neque genus magis et minus predicatur de eo cuius est genus: neque generis differentie. secundum quas diuiditur: ipse enim sunt: que uniuscuiusque rationem complent. esse autem uniuscuiusque unum et idem. nec intentionem nec remissionem suscipiens est. aquilum autem vel simum esse vel coloratum aliquo modo et intenditur et remittitur.

Differentiis rite partitis earum inter se distantiam monstrat Porphyrius. Atque unam quidem repetit quae superius dixit. Cum enim tres esse dixisset. scilicet differentias communes: proprias: magis proprias: alteratum facere dixit proprias sicut et communes: aliud vero minime: sed hoc solis magis propriis reseruant. nunc igitur idem repetit dicens. Quoniam inseparabiles differentie que substantiam monstrant. Id est que per se subiectis speciebus insunt: easque perficiunt aliud faciunt. Ille vero que sunt proprie id est secundum accidens inseparabiles differentie: neque in substantia sunt neque aliud faciunt: sed tantum (ut superius dictum est) alteratum. Item alia distantia est earum differentiarum: que secundum substantiam sunt: ab his que secundum accidens. Quoniam que subiecta monstrant: intendi aut remitti non possunt. Que vero secundum accidens et intentione crescunt et remissione decrescunt. id autem probatur hoc modo. uniuscuiusque rei esse suum neque crescere neque diminui potest. nam qui homo est. humanitatis sue nec incrementa potest: nec decrementa suscipere. Illa neque ipse a se plus aut minus hodie vel quolibet alio tempore habere potest: nec habere rursus ab alio homine plus habere potest esse vel animal. Utrique enim equaliter animalia equaliter homines esse dicuntur: Quod si uniuscuiusque esse suum nec incremento ampliari potest nec diminutione vel diminutione decrescere: quod per id facile monstrari potest quoniam que genera sunt vel species: nulla intentione vel remissione variantur. Non est dubium: quin differentie quoque que uniuscuiusque speciei cuius formam informant: nec remissionis detrimenta suscipiant: nec intentionis augmenta. Itaque substantiales differentie neque intentionem neque remissionem suscipiunt. huius causa hec est. Quoniam esse uniuscuiusque unum et idem est: et intentionem remissionemque non suscipit. huius exemplum sit Genus enim dici non potest plus minusve cuiuslibet esse genus. Omnibus enim generis equaliter semper ponitur. Differentie quoque que diuidunt genus et informant speciem: quoniam speciei essentiam copulant vel complent: nec intentionem recipiunt nec remissionem. Que vero secundum accidens differentie sunt inseparabiles: ut simum esse vel aquilum

vel coloratum aliquo modo: et intentionem suscipiunt et remissionem. fieri enim potest ut hic paulo sit nigrior hic vero amplius simus sit: ille minus aquilinus. At vero quoniam omnes homines equaliter rationales mortalesque sunt: nec specierum: nec differentiarum natura videtur amittere.

Cum igitur tres species differentie considerentur. et cum hec quidem sint separabiles. et ille vero inseparabiles. et rursus inseparabilium hec quidem sint per se: ille vero per accidens. rursus earum que per se sunt differentiarum. alie quidem sunt. secundum quas diuidimus genera in species. alie vero sunt quas ea que diuisa sunt specificantur. ut cum per se differentie omnes huiusmodi animalis sint. animati et sensibilis. rationalis et irrationalis. mortalis. et immortalis ea quidem que est animati et sensibilis differentia. constitutiva est animalis substantie. est enim animal substantia animata sensibilis. ea vero que est mortalis et immortalis differentia. irrationalis. et irrationalis. diuisive sunt animalis differentie. per eas enim genera in species diuidimus.

Est nunc differentiarum plena et suprema diuisio: quae est huiusmodi. differentiarum alie separabiles: alie inseparabiles. inseparabilium: alie sunt secundum accidens: alie substantiales. Substantialium: alie sunt diuisibiles generis: alie constitutivae specierum. Quod vero ait. Cum igitur tres species differentie considerentur: ad hoc resultat quod in prima differentiarum diuisione partim eas communes esse: partim proprias partim magis proprias dixit: quas rursus tres differentias: alias separabiles esse monstrant: alias inseparabiles. Separabiles quidem communes: inseparabiles vero proprias: ac magis proprias. Inseparabilium vero fecit diuisiorem dicens: alias esse secundum se: alias secundum substantiam considerari: et illas esse secundum accidens: que proprie nuncupantur. Magis proprias vero secundum substantiam considerari. earum vero que secundum substantiam sunt: subdiuisioem facit: quae alie earum genus diuidunt: alie specie informant. Ad cuius rei facilem cognitionem illa tertij libri specierum generumque dispositio vel descriptio transcribat. Sitque primum substantia: sub hac corporeum atque incorporeum sub corporeo animatum atque inanimatum: sub animato sensibile atque insensibile: sub quo animal: sub animali rationale: sub rationali atque irrationali mortale atque immortale. Et sub mortali species hominis que solis deinceps indiuiduis prepoatur. In hac igitur diuisiione omnes hec differentie species nuncupantur. Generum enim specierumque differentie sunt: sed generum quidem diuisive: specierum autem constitutivae. id autem probatur hoc modo. Substantiam quidem corporei atque incorporei differentie partiunt. Corporeum vero animati atque inanimati: animatum enim sensibilis atque insensibilis partiuntur. Ita igitur genera substantiales differentie partiuntur: et dicuntur generis diuisive. At vero si eadem differentie a genere descendentes que genus diuidunt colligantur: et ad unum ad quod possunt iungi copullentur species informantur ut quidem animal substantie sit species. Omnia enim superiora de inferioribus predicantur et quicquid inferius fuerit: species erit etiam superioris. Animatum tamen atque sensibile que sunt eiusdem differentie: si referantur ad genera: diuisive sunt. Constitutivae vero sunt animalis: cuiusque substantiam formant atque constituunt

fituunt: diffinitionemque conformant: ut sit substantia animata sensibilis. Substantia quidem est genus animatum vero atque sensibile constitutive eiusdem differentie. Item animal rationali atque irrationali: mortali atque immortali dividitur: sed iuncta rationalitas atque mortalitas: que animalis divisive fuerat: sunt huius constitutive: atque perficiunt speciem: atque omnem eius rationem diffinitionis informant atque perficiunt. At si irrationalitas cum mortalitate iungatur: fiet equus atque quodlibet animal: quod ratione non utitur. Rationalitas vero atque immortalitas copulate substantiam dei informant. Ita igitur eadem cum referuntur ad genera divisive generum sunt. Si vero ad inferiores species considerentur: informant species: earumque substantiam convenienti copulatione constituunt. In hoc quaesitum est: quemadmodum dicerentur esse hae differentie specierum constitutive: cum irrationabilis differentia atque immortalis nullam speciem videntur efficere. Respondemus quidem primum placere Aristoteli. celestia corpora animata non esse. Quod vero animatum non sit: animal esse non posse. quod vero non sit animal: nec rationale esse concedit: sed eadem corpora propter simplicitatem et perpetuitatem motus eterna esse confirmat. Est igitur aliquid quod ex duabus his differentiis conficiatur irrationabili scilicet atque immortali. Quod si magis concedendum Platoni est et celestia corpora aeterna esse credendum nullus est quod his differentiis potest esse subiectum. Quicquid enim irrationabile est: corruptioni subiacens et generationi immortale esse non poterit. sunt tamen hae differentie quoniam substantialium differentiarum in numero sunt: si iungi villo modo potuissent. earum naturam et speciem quoque possent efficere. atque ut intelligatur quod sit haec potentia efficiende substantie speciei que formae. Respicimus ad proprias atque communes: que tametsi iungantur: speciem substantiamque nulla ratione constituunt. Si quis enim loquatur ambulans: quod sunt duae coes differentie. vel si longus vel albus: vnum idcirco ab eisdem eius substantia constituitur minime. Cur quae eiusdem sunt generis: que alicuius possunt constituere et conformare substantiam. ita igitur hae id est irrationabile atque immortale: etiam si subiectum aliqd substantie habere non possunt: tamen possent substantiam efficere si villo modo iungi copulatae potuissent. Praeterea irrationabile iunctum cum mortali substantia eandem facit. Est igitur constitutiva irrationabilis differentia. Item immortale atque rationale coniuncta efficiunt deum. Est igitur immortale quod speciem format. Quod si inter se iungi nequeunt. non idcirco quod in natura eorum est: abrogatur.

Sed hae quidem quae divisivae sunt differentie generum: completivae sunt et constitutivae. Specierum dividitur enim animal rationali et irrationali differentia: et rursus mortali et immortali differentia. sed ea quae sunt rationalis differentie et mortalis: constitutivae sunt hominis: rationalis vero et immortalis dei: ille vero quae sunt irrationalis et mortalis: irrationabilium animalium. sic et suprema substantia cum divisiva sit animati et inanimati differentia. sensibili et sensibili. animata et sensibilis congregatae ad substantiam animal perferunt. animata vero et insensibilis perferunt plantam.

Seminum differentiarum usum esse demonstrat:

vnum quidem quo genera dividuntur: alium quo species informantur. neque enim hoc solum differentie faciunt: ut genera partiantur verum etiam dum genera dividunt: species in quas genera deducuntur efficiunt. Itaque quae divisivae sunt generum sunt constitutivae specierum. huiusque illud exemplum est: quod ipse subiecit. Animalis quippe differentie sunt divisivae: rationale atque irrationale: Omne enim quod animal est: aut rationale aut irrationale: aut mortale aut immortale est. Sed iste differentie quae dividunt genus quod est animal: speciei substantiam formamque constituunt. Nam cum sit homo animal: efficitur rationali mortali que differentijs: que dudum animal partiebantur. Item cum sit equus animal: rationali mortali que differentijs constituitur que dudum animal dividebant. Deus autem cum sit animal. ut de sole dicamus: rationali immortalique efficitur differentijs quas dividere genus conveniens habita portio paulo ante monstravit. Sed hic (ut diximus) deus corporeum intelligi oportet ut solem et celum ceteraque huiusmodi: quae cum animata et rationalia Plato esse confirmat: tum etiam deorum vocabulo antiquitatis veneratione probantur esse subiecta. de primo quoque genere. id est substantia demonstrantur venire. Nam cum eius divisivae sint differentie: animatum. atque inanimatum. sensibile atque insensibile iuncte differentie sensibile atque animatum efficiunt substantiam animatam atque sensibilem: quod est animal. Jure igitur dictum est quae divisivae sunt differentie generum: easdem esse constitutivas et completivas specierum.

Quoniam ergo eodem aliquo modo accepte fiunt constitutivae. aliquo modo autem divisivae. omnes specificiter dicuntur et his maxime opus est ad divisiones generum et diffinitiones specierum. sed non his quae secundum accidens inseparabiles nec magis his quae sunt separabiles.

Omnes a genere differentias praecedentes genus species a quo procedunt: nullus dividere ignorat. Ipse autem qui dividunt genus: si ad posteriores species applicentur informant substantias earum: easque perficiunt. Eadem igitur sunt constitutivae specierum: eadem sunt divisivae generum tamen alio modo atque alio considerate. ut si ad genus relate quidem in contrariam divisionem spectentur divisivae generum inveniuntur. Si vero iuncte aliquid efficere possunt: specierum constitutivae sunt. Quae cum ita sint. hae differentie quae genus dividunt: rectissime divisivae nominantur. Quae enim constituunt speciem eodem specificiter nuncupantur: sed constituunt species hae differentie quae sunt generis divisivae: igitur quae sunt generum divisivae: et constitutivae specificiter nuncupantur. has igitur in divisione generum et in diffinitione specierum accipi oportere: manifestum est: quoniam enim divisivae sunt: per eas dividi oportet genus: quoniam autem constitutivae per eas species diffiniri: quibus enim vnumquodque constituitur: eisdem etiam diffinitur. Constituitur autem species per differentias generis divisivas: quae sunt specificiter. Jure igitur hae specificiter sole et in generis divisione et in specierum diffinitione ponuntur: et de specificis quidem haec ratio est. De his autem quae vel separabilia illa inseparabilia continent accidentia: nihil in generum divisione vel diffinitione specierum poterit assumi: idcirco quoniam quae divisivae sunt substantiam generis dividunt: et quae constitutivae sunt: substantiam speciei constituunt.

Secunda editio In porphi.

Que vō sunt inseparabilia accidentia nullius speciei substantiam informant vnde fit vt multo minus separabilia accidentia ad diuisionem generum vel specierum diffinitiones accomodentur. Omnino enim dissimiles sunt substantialibus differentiis. Nam inseparabilia accidentia hoc fortasse habeant cōe cum specificis. hoc est cum substantialibus differentiis: q̄ eque subiectum non derelinquunt: sicut nec specificæ differentie. Separabilia autem accidentia: nec hoc quidem separari em̄ possunt: nec tm̄ potestate ⁊ mētis ratione: sed actus etiaꝫ presentia: ⁊ omnino veniēdi vel discedendi varietatibus permutantur.

¶ Quas etiam determinantes dicunt. Differentia est qua abundat species a genere. homo enim ab animali plus habet rationale ⁊ mortale. animal enim ipsum nihil horum est. naz vnde habent species differentias. nec enim omnes oppositas habet. namqꝫ idem simul habebit oppositas sed quē admodum probant: potestate quidem habet omnes differentias sub se: actu vero nullas. Et sic nec ex his que non sunt aliquid fit: nec in eodeꝫ simul opposita erunt.

¶ Specificas differentias diffinitione concludit dicēs substantiales differentias a quibusdā tali descriptionis ratione diffiniri. Differentia specifica ē qua abundat species a genere. fit enim genus animal: species homo. habet igitur homo differentias in se: que constituunt vt rationale atqꝫ mortale. oīs enim species constitutivas forme sue differentias in se retinet: nec preter illas esse potest quarum congregatione perfecta est. Si igitur animal solum genus est: homo vero animal rationale mortale: plus habet homo ab animali id quod rationale est atqꝫ mortale. Quod igitur abundat species a gñe id quod superat genus ⁊ quod plus habet a genere: hoc est specifica differentia. Sꝫ huic diffinitioni quedam questio videtur occurrere: habens principium ex duabus per se propositionibus notis: vna quidem qm̄ duoꝫ contraria in eodem esse non possunt: alia vō quoniam ex nihilo nihil fit: naz neqꝫ contraria pati sese possunt in vnum vt in eodeꝫ simul sint nec aliquid ex nihilo fieri potest. Omne enī quod fit: habet aliquid vnde effici possit atqꝫ formari. Que propositiones talem faciunt questionem. dictus est differentiam esse id qua plus abundet species a genere. Quod igitur dicendum ne est: genus eas differentias: quas habet species non habere: ⁊ vnde habebit spēs differentias quas genus non habet: nisi enim sit vnde veniant differentie in speciem venire non possunt: quod si genus quidem has differentias non habet: spēs autem habet: videtur ex nihilo differentia in speciem conuenisse: ⁊ factum eē aliquid ex nihilo: q̄ fieri non posse superius dicta ppositio mōstrauit: q̄ si differentias omnes genus continet: Differentie autem in contraria dissoluunt fiet vt ratiōalitatem atqꝫ irrationalitatem: mortalitatem atqꝫ immortalitatem simul habeat aīal: qđ ē genus: ⁊ erunt in eodem bina cōtraria. quod fieri non pōt. Neqꝫ enim sicut in corpe solet esse alia ps alba: alia nigra: ita fieri in genere potest. genus enim per se consideratum partes non hꝫ nisi ad spēs referat: q̄quid igitur hꝫ genus: non partibus sed tota sui magnitudine retinebit. Nec illud dubium est quin partibꝫ genus habeat contrarietates. vt animal in hoīe habet irrationabili

tatem: in boue vō contrarium. Sed nunc non de speciebus querimus: de quibus genus constat: sed an ipsum per se genus eas differentias: quas habet species habere possit atqꝫ intra sue substantie ambitum continere possit. hanc igitur questionem tali rōne dissoluimus. potest quilibet id quod est: non esse: sed alio modo esse: alio vero non esse: vt Socrates cū stat: ⁊ sedet ⁊ non: sedet: sedet quidē potestate: actu vō non sedet. Cum enim stat: manifestū est eum non agere sessionem: sed potius standi imobilitatē. Sed rursus cū stat: sedet: non qꝫ iaz sedet: sed qꝫ sedere potest. ita actu quidem non sedet: potestate vō sedet: ⁊ cuius aīal est: ⁊ non ē aīal: non est quidē aīal actu: ad huc nam qꝫ ouū est. nec aīalis quidē pcessit viuificatio: sed idē est tm̄ aīal potestate: qꝫ pōt effici animal: cum formam ac speciem viuificationis acceperit. Ita igitur genus habet has differentias ⁊ non habet: non habet quidē actu: sed habet potestate. Si enim ipsum per se animal consideret: differentias non habet: Si autē ad species reducat: habere potest sed distribute. at qꝫ vt eius specieꝫ separatim nihil potest euenire cōtrarium. Ita ipsum genus si per se consideretur: differentias caret: Quod si ad species referat: per distributas species in partibus suis contraria retinebit: at qꝫ ita nec ex nihilo venerunt differentie: quas genus retinet potestate: nec vtraqꝫ contraria in eodeꝫ sunt cum contrarias differentias in eo q̄ dicitur genus: actu non habet: impossibilitas enim eiꝫ ppositiōis que dicit contraria in eodem esse non posse: in eo consistit q̄ contraria actu in eodem esse non possunt. nā potestate ⁊ actu duo contraria in eodem esse nihil impedit. Que vero nos contraria diximus. Porphyriꝫ opposita nuncupauit. Est enim genus contrariis oppositū. oīa. n. tria sibi metipsis cōsiderāt opposita.

¶ Definiunt autem ⁊ hoc modo. Differentia ē q̄ de pluribus ⁊ differentibus specie i eo q̄ quale sit predicatur. rationale enim ⁊ mortale de homine predicatum in eo q̄ quale est. homo dicitur. sꝫ nō in eo q̄ quid ē. quid quidem: enī ē homo interrogatis nobis conueniens ē dicere animal. quale autē inquisiti. quoniam rationale ⁊ mortale. conuenienter assignabimus.

¶ Tres sunt interrogationes ad quas genus: species differentia: proprium: atqꝫ accidens respondetur. he autem sunt. Quid sit: quale sit: quomō se habet. Naz si quis interroget quid est Socrates. responderi per genus ac species: poterit cōuenienter: vt animal: aut homo. Si quis quomodo se habeat Socrates interroget iure accidens respondetur. i. aut sedet. aut legit ⁊c. Si qꝫ vō qualis sit Socrates interroget: aut differentia. aut proprium: aut accidens r̄spondetur. i. rationalis. vel risibilis: vel caluus. Sed in proprio quidem illa est obseruatio q̄ illud proprius dicitur quod de vna sola specie dici pōt. accidens vō tale est quod qualitatem designat que non substantiam significat. Differentia vero talis est que substantiam demonstrat. Interrogāti igitur qualis vna queqꝫ res. sit si volumus reddere substantie qualitatem differentia predicamus. Que differentia nunqꝫ de vna tantum specie predicatur: vt mortale vel ratiōale: sed de pluribus. Quod igitur de pluribus specieꝫ inter se differentibus predicatur ad eam interrogationem: que quale sit id de quo querit̄ interrogat: ea ē differentia. cuiꝫ talē posuit diffinitionē. Differentia est qđ de pluribus

ribus spē differentibus in eo q̄ quale sit predicatur. Cuius diffinitionis causam rationēq̄ ptractans ait.

Rebus enim ex materia z forma constantibus: vel ad similitudinem proportionemq̄ materie z forme constitutionem habentibus: quemadmodū statua ex materia quidem est eris forma autem figura: sic z homo communis z specialis. ex materia quidem similiter proportionabiliterq̄ consistit ex genere ex forma autem differentia. totum autem hoc scilicet animal ratiōale mortale homo est. quē admodum illic statua.

Dixit superius differentias esse que in qualitate speciei predicarentur. nunc autem causas exequitur: cuius speciei qualitas differentia sit. Omnes inquit res vel ex materia formaq̄ consistunt: vel ad similitudinem materie atq̄ forme substantiam sortiuntur. Ex materia formaq̄ subsistunt omnia quecūq̄ sunt corporalia. Nisi enim sit subiectum corpus quod suscipiat formam: nihil omnino esse potest. Si enim lapides non fuissent: muri parietesq̄ non essent. Si lignum non fuisset omnino: nec mensa quidem que ex ligni materia esse potuisset. Igitur supposita materia ac preiacente cum in ipsa figura superuenerit: fit qlibet ipsa res corporea ex materia formaq̄ subsistens: vt Achillis statua ex eris materia: z ex illius achillis figura perficitur. Atq̄ ea quidem que corporea sunt manifestus est ex materia formaq̄ subsistere: Ea vō que sūt incorporea: ad similitudinem materie atq̄ forme habent superpositas priores antiquioresq̄ naturas: sup quas differentie venientes efficiunt aliquid. quod eodem modo sicut corpus. tamq̄ ex forma ac figura consistere videatur: vt in genere ac specie additis generi differentis species effecta est. Ut igitur ē in Achillis statua es quod materia est: forma vō Achillis qualitas: z quedā figura: ex quibus efficitur achillis statua: que subiecta visibus capitur. ita etiam in specie que est homo: materia quidem genus est quod ē animal: cui superueniens qualitas ratiōalis: animal rationale. i. speciem fecit. Igitur speciei materia quedā est genus: forma vō: quasi qualitas differentia. Qd est igitur in statua es: hoc est in specie genus: quod in statua est figura conformans: id in specie differentia. Quod est igitur in statua ipsa statua: que ex ere figuraq̄ conformantur: id in specie ipsa species que ex genere differentiaq̄ cōiungitur. Quod si materia quidem speciei genus est: forma autem differentia: omnis vero forma qualis est. iure omnis differentia qualitas appellatur. Que cum ita sint: iure in eo q̄ q̄ le sit interrogantibus respondetur.

Describunt autē huiusmodi differentias. z hoc modo. Differentia est quod est aptum natuz diuidere ea que sub eodem genere sunt. rationale eniz z irrationale. hominem. z equum que sub eodem genere animali sunt. diuidunt.

Hec quidem diffinitio cum sit vsitata: z ante oculos disposita: eam tñ exempli insuper luce referauit. Omnes enim differentie idcirco differentie nuncupant: q̄ species ex se differre faciunt: quas vnus genus includit. vt homo atq̄ equus propriis discrepant differentis. Sed sicut homo animal est. ita etiam equus. ergo secundum genus nullo modo distant. Que igitur secundum genus nullo modo discrepant: ea differentis distribuuntur. Additum enim rationale qui

dez homini irrationale vero equo: equus atq̄ homo que sub eodem fuerant genere. distribuuntur z discrepant: additis. i. differentis.

Assignant etiam hoc modo. differentia est: qua differunt a se singula. namq̄ homo z equus secundum genus non differunt. Sumus enim animalia nos z irrationabilia. sed additum rationale disunxit nos ab illis. z rationales sumus z nos z dii: sed mortale appositum disunxit nos ab illis.

Cicilia ratione z nō sana q̄ vult explicat diffinitio quorundam. Id enim dicunt esse differentiam: qua vnaqueq̄ res ab alia distat. in qua diffinitione nihil interest q̄ quod ita dixit: an ita concludat. Differentia est id quod est differentia. etenim differentie nomine in eiusdem differentie est vsus diffinitione dicent. Differentia ē q̄ differūta se singula. Qd si adhuc differentia n̄ scitur. nisi diffinitione clarescat: differentia quoq̄ qd. sit: q̄t agnoscere: ita nihil apli⁹ attulit ad agnitionē: qui differentie noie in eiusdem vsus est diffinitione. Est autē cōmunis z vaga nec includēs substantiales differentias sed quilibet etiam accidentales hoc mō. Differentia est qua a se differunt singula. Que enim genere sunt eadem: eadem differentia discrepant vt cum homo atq̄ equus idem sūt in animalis genere vtraq̄ sunt animalia. differunt tamē differentia rationali: vt cū dii atq̄ hōines sub rationalitate sunt positi differunt tamen mortalitate. Rationabile igitur ad equum hominis differentia est mortale hominis ad deum atq̄ hoc quidem modo substantiales differentie colligūtur. Qd si socrates sedeat: plato vō ambulet. erit differentia sessio vel ambulatio: que substantialis nō est. Namq̄. istā quoq̄ differentia diffinitio videt includere: cū dicit differentia est qua differunt a se singula. Cūq̄ enim socrates a platone distiterit. nullo autem modo distare ab alio nisi accidentibus potest id erit differentia secundum superioris terminum diffinitionis. quā rem. i. viderunt etiam hi qui diffinitionis huius vagum communemq̄ finem reprebendentes certe conclusionis terminum subiecerunt.

Interius autem perscrutantes differentiam. dicunt non quodlibet eoz que sub eodem sunt genere diuidentiuz esse differentiam. sed quod ad esse conducit. z quod est pars eius. quod est esse rei. neq̄ enim quod aptum natum est nauigare. erit hominis differentia. z si proprium sit hominis. Dicimus enim animalium hec quidem apta nata eē ad nauigandum. illa vero minime. diuidentes hominem ab aliis. sed natum esse z aptum ad nauigandum. non erat completiuum substantie. nec eius pars. sed aptitudo quedam solum. Iccirco non ē talis. quales sunt differentie. que specificē dicuntur. Erunt ergo specificē differentie. quecūq̄ alteram faciūt spēz. z quecūq̄ i eo q̄ quale ē accipiunt: de differentis quidem ista sufficiunt.

Sensus ppositionis huiusmodi est. Quoniam superius dixit determinasse quosdam differentiam esse: qua a se singula discreparēt. Ait alios diligentius differentiam perscrutantes non fuisse arbitratos recte esse superius propositam diffinitionem. Neq̄ enim omnia quecūq̄ sub eodem posita sunt genere que faciunt differre differentie de quibus nunc tractatur.

Secunda editio In porphi.

i. specificè nominari queunt. Plures enim sunt que ita diuidunt species sub vno genere positas. vt tamen eorum substantiam minime conforment: Quia non videntur esse differentie specificè: nisi ille tñ que ad id q̄ est esse proficiunt: idest he que in diffinitionib⁹ alius cuius partes ponuntur. Ea autem sunt: vt rationale hominis. Nam substantiaz hominis conforment: et ad esse hominis proficit. et diffinitionis eius hominis pars est. Nisi ergo ad id quod est esse conducit: et eius rei quod est esse pars est: specifica differentia nullo modo poterit nuncupari. **Q**uid est autem esse rei: nihil aliud nisi diffinitio. Unicuique enim rei interrogate quid est. Si quis quod est esse monstrare voluerit. diffinitionem dicit. Ergo si quid diffinitionis pars fuerit: eius erit pars quod vniuscuiusque rei quid sit esse designet. Diffinitio est quidem que quid vna queque res sit ostendit ac profert: demonstraturque quod unicuique rei sit esse per diffinitionis assignationem. Ille vero differentie que non ad substantiam conducunt. Sed quoddam quasi extrinsecus accidens afferunt. specificè non dicuntur: licet sub eodem genere positas species faciāt discrepare. Ut si quis hominis atque equi hanc differentiam facit aptum esse ad nauigandum. homo autem aptus est ad nauigandum. equus vero minime. et cum sit equus atque homo sub eodem genere animalis addita differentia aptum esse ad nauigandum equum distinxit ab homine. Sed aptum esse ad nauigandum non est huiusmodi quale illud per quod possit hominis formare substantiam sicut rationale que est substantialis qualitas: sed tantum quandam quodammodo aptitudinem monstrat: et ad faciendum aliquid vel non faciendum opportunitatem. Idcirco specifica differentia esse non dicitur. quo fit vt non omnis differentia que positas sub se species distribuit. specifica esse possit: sed ea tantum que ad substantiam speciei proficit et que in parte diffinitionis accipitur. Concludit ergo eas esse specificas differentias que alteras a se species faciunt per distantiam substantialem. nam si unicuique id est esse quodcumque substantialiter sunt: quecumque differentie substantialiter diuerse sunt: illas species quibus adsunt omni substantia faciunt alias ac discrepantes. atque he in diffinitionis parte sumuntur. nam si diffinitio substantiaz monstrat: et substantiales differentie species efficiunt: substantiales differentie partes sunt diffinitionum.

Proprium vero quadrifariam diuidunt. Nam et id quod soli alicui speciei accidit: et si non omni proprium est: vt homini esse medicum vel geometram. Et quod omni accidit. et si non soli. quemadmodum homini esse bipedem. Et quod soli et omni et aliquando: vt homini in senectute canescere. Et quod soli et omni et semper. quemadmodum homini esse risibile. nam et si non rideat semper. tamen risibilis dicitur. non quia iam rideat. sed quia aptus natus sit ad ridendum. hoc autem ei semper naturale est. vt equo hinnibile. Nec autem nominantur vere propria. quoniam conuertuntur. quicquid enim est equus. hinnibile est. et quicquid est hinnibile est equus. Superius dictum est omnia propria ex accidentibus genere descendere. Quicquid enim de aliquo predicatur aut substantiam informat: aut secundum accidens inest. Nihil vero est quod rei substantiam mon-

stret nisi genus species et differentia. Genus quidem et differentia monstrant substantiam speciei. Species vero indiuiduorum. Quicquid ergo reliquum est in accidentium numero ponitur. Sed quoniam ipsa accidentia habent inter se aliquam differentiam: idcirco alia quidem propria: alia priore atque antiquiore nomine accidentia nuncupantur et de accidentibus paulo post. Illuc de propriis que quadrifariam diuiduntur: non vt tanquam aliquod proprium in quattuor diuisi secari possit: sed hoc quod ait diuidunt ita intelligendum tanquam si diceret nuncupant. idest proprium quadrifariam dicunt cuius quadrifarie appellationis significationes enumerat. vt que sit congrua et conueniens nuncupatio proprietatis ostendat. Dicit ergo quod proprium primo est accidens quod ita vni speciei adest: vt tamen nullo modo coequetur ei: sed infra subsistat ac maneat: vt hominis dicitur proprium medicum esse: idcirco quod nulli alii inesse animalium potest. Nec illud attendimus an hoc de omni homine dici potest medicus esse. Et hec quidem significatio proprii dicitur esse soli etiam si non omni. Sola enim speciei etiam si non omni coequatur. vt homini medicus esse: soli quidem inest homini sed non omnibus hominibus ad scientiam adesse potest. Aliud proprium est quod huic contrario dicitur omni etiam si non soli. Quod huiusmodi est: vt omnem quidem speciem contineat eamque transcendat. Et quoniam quidem nihil est ex subiectis speciei quod illo proprio non vti dicitur omni. Quoniam vero transcendit ad alias. dicitur non soli. hoc huiusmodi est quale homini esse bipedem. Proprium enim hominis est esse bipedem. Omnis enim homo bipes est etiam si non solus. aues enim bipedes sunt. Semine igitur significationes proprii que superius dicte sunt: habent aliquid minus. prima quidem quod non omni: secunda vero quod non soli: quas si iungimus facimus omni et soli. Sed est minus aliquid secundum tempus si ei adiciatur aliquando: vt sit hec tertia proprii nuncupatio: vt omni et solus aliquando: vt est in senectute canescere vel in iuuentute pubescere. omni enim homini adest in iuuentute pubescere et in senectute canescere et soli. Pubescere enim solus est hominis sed aliquando. neque enim in omni tempore: sed in sola tantum iuuentute. Nec igitur determinatio proprii in eo quidem modo quod omni et soli est absoluta est: sed et ex eo innuit aliud et contra bit cum dicimus aliquando: quod si auferamus: fit proprii integra et simplex significatio hoc modo. Proprium est quod omni et soli et semper adest. omni autem et soli speciei et semper intelligendum est: vt homini risibile: equo hinnibile. Omnis enim homo et solus risibilis est semper. neque illud nos vlla dubitatione perturbet quod semper homo non rideat. Non enim ridere est proprium homini sed risibile: quod non est actu sed in potestate consistit. ergo etiam si non rideat quia ridere tamen possit. soli et omni homini adesse dicitur et conuenienter proprium nuncupatur. Nam si actu separaretur a specie potestate nulla ratione disiungitur. Quattuor igitur significationes proprii dixit. Nam primam quidem quando accidens ita subiecte speciei adest: at soli ei adsit etiam si non omni: ut homini esse medicum. Secundam autem cum omni et non soli accidit: vt homini esse bipedem. Tertiam vero cum omni et soli sed aliquando: vt homini in iuuentute pubescere. Quartam cum omni et soli et semper adest: vt esse risibile. Atque ideo cetera conuerti non possunt. Neque enim coequatur quod soli sed

li sed non omni speciei adest. Neq; coequatur: quod non soli sed omni speciei adest. Species quidē de ipō dici potest: ipsum vero de specie minime. Quod enīz medicus est: potest dicit homo. Homo vero qui est: medicus esse non dicitur. Rursus quod ita est alij p prium vt omni adsit etiam si non soli. ipsum quidem de specie predicari potest. Species vero de eo minime. Nam bipes predicari de homine potest: homo vero de bipede nullo modo. Rursus quod ita adest quod omni et soli sed aliquando adsit: quoniam de tēpore habet aliquid diminutum: reciprocari non poterit. Possimus enim dicere omnis qui pubescit homo est non tamen dicimus omnis qui est homo pubescit. potest enim minime ad iuuentutem venire atq; ideo non pubescere: nisi forte non sit pubescere hominis proprium: sed in iuuentute pubescere solummodo. Aut etiam q; nondum est in iuuentute: aut etiam preter: tamen adsit ei proprium non tale: quale tunc est cum preter iuuentutem est: sed quale tūc fieri posset cum in iuuentute consistit: atq; ideo quod non in omne tempus tenditur: etiam si tale est quod omni speciei adsit: q; tamen in aliquod tempus differatur: integrum atq; absolutum proprium esse non dicitur. Quartum est quod ita adest q; solas teneat speciem et omni adsit et absolutum sit a temporis conditione. vt risibile quod a superiori plurimum distat. nam quod risibile est semper ridere potest. Rursus qui potest in iuuentute pubescere: cum ipsa iuuentus non sit semper: non ei est semper vt in iuuentute pubescat. hec autem proprii significatio quam nulla temporis diffinitio constringit. absoluta est. Atq; id etiam conuertitur: et inuicem de se proprius atq; species predicantur: homo enīz risibilis est et risibilis hō

Accidens est quod adest et abest preter subiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo in separabile et in inseparabile. Separabile enim accidens est dormire: nigrum vero esse inseparabiliter coruo et ethiopi accidit. potest autem subintelligi et coruus alb⁹ et ethiops nitens cādere preter subiecti corruptionem. Diffinitur autem sic quoq;. Accidens est quod contingit eidem inesse vel nō inesse. et quod neq; genus est neq; species neq; differentia neq; proprium: semper autem est in subiecto subsistens. Omnibus igitur determinatis que proposita sunt: dico autem genere: specie: differentia. proprio: accidente. dicendum est que eis communia sunt et que propria.

Quoniam vt superius dictum est omnia que de aliquo predicantur vel substantialiter vel accidentaliter dicuntur. Cumq; ea que substantialiter predicantur: eius de quo dicuntur substantiam diffinitione contineant: et sint eo antiquiora atq; maiorā: quod est ex substantialibus predicatis efficitur: cumq; ea que substantialiter dicuntur pereunt: necesse est vt simul etiam ea interimantur quorum naturam substantiāq; formabant: que cum ita sint necesse est vt que accidentaliter dicuntur: quoniam substantiam minime informant: adesse et abesse possint preter subiecti corruptionem. Ea enim tantum cum absunt subiectum corumpere possunt: que efficiunt atq; conformant que sunt substantialia. Que vero non efficiunt substantiam vt accidentia: ea cum adsunt vel absunt: nec

informant substantiam nec corumpunt. Est igitur accidens quod adest et abest preter subiecti corruptionem. Id autem diuiditur in partes duas. Accidens enim aliud est separabile: aliud inseparabile. Separabile quidem dormire sedere. Inseparabile vero ethiopi atq; coruo color niger. In qua re talis oritur dubitatio: ita enim est definitum. Accidens est quod adest et abest preter subiecti corruptionem. Idē tñ accidens in separabile dicitur: q; si inseparabile est: abesse nō poterit. frustra igitur positum est accidens esse quod adesse et abesse possit. cum sint quedam accidentia: q; a subiecto non valeant separari. Sed fit sepe vt que actu disiungi non valeant: mente et cogitatione separantur. Sed si animi ratione disiuncte sunt qualitates a subiectis: non ea perimunt sed in sua substantia permanent atq; perdurant: accidentes esse intelliguntur. Age igitur quoniam ethiopi color niger auferri non potest: animo eum et cognitione separemus erit igitur color albus ethiopi. Num idcirco species consumpte sunt: minime. ita etiam coruus si ab eo colorem nigrum imaginatione separem⁹: permanet tamen auis nec interijt species. ergo quod dictus est adesse et abesse: non re sed animo intelligendum est: alioquin et substantialia que omnino separari nō possunt: sepe animo et cogitatione disiungimus: vt si ab homine rationalitatem auferamus: quam licet actu separare non possumus: tamen si animi imaginatione disiungimus: statim perit hominis species: quod idem in accidentibus non fit: Sublato enim accidenti cogitatione: species manet. Est alia accidentis diffinitio ceterorum omnium priuatione: vt id dicatur eē accidens quod neq; genus sit: neq; species: neq; differentia. neq; proprium: que diffinitio plurimum vaga est valdeq; communis. Sic etiam genus diffiniri potest quod neq; species: neq; differentia: neq; propriū sit nec accidens. Eodem quoq; modo species ac differentia atq; proprium. Cum autem eadem similitudine definitionis plurima diffiniri queunt: non est terminās et circumclusa descriptio: presertim cum longe sit ab definitionis integritate seiunctum: quod cuiuslibet rei formam aliarum rerum negatione demonstrat. Quibus omnibus expeditis genere quidem specie differentia proprio atq; accidenti: descriptisq; eorum terminis quantum postulabat institutionis breuitas: ea ipsa communiter pertractanda persequitur: vt quas inter se habeant differentias hec quinq; de quibus superius disputatum est: quas vt communitates mediocri consideratione demonstrat: vt non solum que ipsa sint. verum etiam quemadmodum ipsa inter se comparentur appareat.

Expeditis per se omnibus que per se proposita sunt. et quantum in vniuscuiusq; consideratione poterat ad scientie terminum breuiter adductis: nunc iam non de singulorum natura idest vel generis vel differentie vel speciei vel proprii vel accidentis: sed de adinuicem relatione pertractat. Nam qui communionem ac differentias rerum colligit: non vt sunt per se res ille considerat: sed vt aliis comparentur. Id autem duplici fit modo vel similitudine dum communiter tractantur vel dissimilitudine dum differentie: que cum ita sint nos quoq; (vt adhuc fecimus) propter planiorem intellectum philosophi vestigia persequētes: ordiemur de his communitatibus que adsunt generi speciei differentie vel proprio vel accidenti.

Secunda editio In porphi.

Comune quidem omnibus est de pluribus predicari. Sed genus quidem de omnibus sub se speciebus et de indiuiduis: et de differentia similiter predicatur. Species quidem de his que sub ipsa sunt indiuiduis. At vero proprium et de specie cuius est proprium: et de his que sub specie sunt indiuiduis. Accidens autem et de speciebus et de indiuiduis namque animal et de equis et de bobus predicatur: que sunt species: et de hoc equo et de hoc boue: que sunt indiuidua. Irrationale vero de equis et bobus: et de his qui sunt particulares. predicatur. Species autem ut homo: de inferioribus et de his qui sunt particulares predicatur. Proprium autem quod est risibile: de homine et de his qui sunt particulares predicatur. Nigrum autem de specie coruorum: et de his qui sunt particulares. quod est accidens inseparabile. et moueri de homine et equo. quod est accidens separabile. sed principaliter quidem de indiuiduis. secundario vero et de his que continent indiuidua.

Antequam singulorum ad vnumquodque habitudinem tractet: illam prius respicit: quam omnes ad se inuicem habere videantur: hec autem est vna communio: que positarum quinque rerum numerum pluralitate predicationis includit. Omnia enim de pluribus predicantur: in hoc ergo sibi cuncta communicant: nam et genus de pluribus predicatur: itemque species ac differentia: et proprium: et accidens: que cum ita sint: est eorum vna atque indiscreta communio de pluribus predicari. Designat autem Porphyrius ipsam de pluribus predicationem: quemadmodum in singulis fiat: quod vnum quodque propositorum de quibus pluribus predicetur ostendit. Aut enim genus quidem de pluribus predicari. i. speciebus ac indiuiduis: ut animal predicatur de homine et equo: ac de his indiuiduis que sub homine sunt atque equo. Item genus predicatur de differentiis specierum atque id iure. quoniam enim species differentie informant: cum genus de speciebus predicatur consequens est ut etiam de his dicatur que specierum substantiam formamque efficiunt: quo fit ut et de differentiis predicetur: ac non de vna: sed de pluribus dicitur enim quod rationale est esse animal: et rursus quidem quod irrationale est esse animal. Ita genus de speciebus ac differentiis predicatur: et de his que sub ipsis sunt indiuiduis: differentia vero dicitur de pluribus speciebus ac de earum indiuiduis: ut irrationale de equo predicatur ac boue: que sunt plures species: et de his que sub ipsis sunt indiuiduis eodem modo dicitur nam quod de vniuersali predicatur: predicatur et de indiuiduo. Quod differentia de speciebus dicitur: predicabitur etiam de eiusdem speciei subiectis. Species vero de suis tantum indiuiduis predicatur: neque enim fieri potest ut que species est vltima que vere species ac magis species nuncupatur: nec alias deducatur in species. quod si ita est: sola post speciem indiuidua restat. iure igitur species de suis tantum indiuiduis predicatur: ut homo de socrate platone et cicerone: et ceteris. Proprium item de specie predicatur cuius est proprium. neque enim esset proprium alicuius nisi de aliquo predicaretur. de quo enim vnaqueque res et soli et omni dicitur: et semper eiusdem proprium esse monstratur. que cum ita sint: proprium de specie

dicitur: ut risibile de homine. Omnis enim homo risibilis est. Dicitur etiam de indiuiduis speciei de qua predicatur. Est enim plato et socrates risibilis. accidens vero de speciebus pluribus dicitur: et de diuersarum specierum indiuiduis. Dicuntur enim coruus atque ethiops nigri. et hic ethiops atque coruus qui sunt indiuidui: nigri secundum nigredinis qualitatem vocantur: atque hoc est quidem accidens. inseparabile. Sed multo magis separabilia accidentia pluribus inherescunt: ut moueri homini et boui. vterque enim mouetur. Et rursus ea que sunt sub homine atque boue indiuidua moueri semper predicantur. Sed aduertendum est auctore Porphyrio: quod ea que accidentia sunt principaliter quidem de his dicuntur: in quibus indiuiduis sunt. Secundo vero loco ad vniuersalia indiuiduorum referuntur: atque ita predicatio superioribus redditur: ut quoniam nigredo singulis coruis adest: dicitur adesse coruo. Illam quia omnia particularia qualitas ista accidentis nigredinis inscit: ideo eam de specie quoque predicamus dicentes coruum ipsam speciem nigrum esse. In quibus omnibus mirum videri potest: cur genus de proprio predicari non dixerit: nec vero speciem de eodem proprio: nec differentiam de proprio: sed tantum genus quidem de speciebus et de indiuiduis. Differentiam vero de speciebus atque indiuiduis. Speciem de indiuiduis. Proprium de specie atque indiuiduis. Accidens de speciebus atque indiuiduis. fieri enim potest ut que maioris predicationis sint: ea de cunctis maioribus predicentur et que equalia sunt sibi met conuertantur. Eoque fit ut genus de differentiis et de speciebus et de propriis et de accidentibus predicetur. ut cum dicimus quod rationale est animal genus de differentia quod homo est animal genus de specie. Rursus quod risibile est: animal est genus de proprio. Quod niger est si forte coruum vel ethiopes demonstremus: animal est. genus de accidenti predicatur. Rursus quod homo rationale. differentiam de specie. Quod risibile est rationale: differentiam de proprio. Quod nigrus est rationale. si ethiopes demonstremus: differentiam de accidente. Item quod risibile est homo est species de proprio. Quod nigrus est homo. si ethiopes designemus: est species de accidente. quare in re quod nigrus est etiam risibile est in ethiopes demonstratione. ut proprium etiam predicetur. conuerti autem ad totum accidens potest: ut quoniam indiuiduis singulorum. esse preponitur. ideo de superioribus etiam predicatur: ut quoniam socrates animal est: rationale est: risibile est: et homo est. Cumque in socrate sit caluitium predicatur idem accidens de animali: de rationali: de risibili: de homine: ut accidens de quatuor reliquis predicetur. Sed horum profundior questio est: nec ad soluendum est satis temporis. hoc tantum ingredientium intelligentia expectet. quod alia quidem recto ordine predicantur. alia vero obliquo. Quoniam moueri hominem rectum est: id quod mouetur hominem esse conuersa locutione proponitur. Quocirca rectam Porphyrius in omnibus proportionibus sumpsit. Quod si vim quis predicationis solutionis attendit in singulis comparans predicationibus: eas quidem prolationes que recte sunt: inueniet a Porphyrio esse numeratas: eas vero que conuerso ordine predicantur: fuisse sepositas.



Comune est autem generi. et differentie continentia specierum continet enim et differentia

et differentia species et si non oēs quot genera: rationale enim et si non continet irrationabilia quem admodum animal: sed continet hominem et deum quae sunt species. Et quaecumque predicantur de genere generis et de his que sub ipso sunt speciebus predicantur: et quaecumque de differentia predicantur ut differentia: et de his que ex ipsa sunt speciebus predicabuntur. Nam cum genus sit animal: non solum de eo predicabitur substantia et animatum et sensibile: sed et de his que sub animali sunt speciebus omnibus predicantur hec usque ad individua. Cumque sit differentia rationale: predicatur de ea ut differentia id quod est ratione uti. non solum autem de eo quod est rationale: sed etiam de his que sub rationali sunt speciebus predicabitur ratione uti. Commune autem est et perempto genere vel differentia simul periri que sunt sub ipsis: quemadmodum enim si non sit animal: non est equus neque homo. Sic si non sit rationale. nullum erit animal quod utatur ratione.

Post eam que cunctis visa est communitatem singulorum similitudines ac dissimilitudines querit. Et quoniam inter quinque proposita genus et differentia universalioris predicationis sunt. Siquidem genus species continet et differentias: differentie vero species continent: et neque ab his ullo modo continentur. Primum generis ac differentiarum similitudines colligit. ac primam quidem ponit hanc. Dicit enim commune esse generi ac differentie: ut species claudant. nam sicut genus sub se habet species ita etiam differentie: tamen non tantas quantas habet genus. Et enim quoniam genus differentiam etiam claudit et non unam tantum differentiam cohercet ac retinet: plures necesse est ut habeat sub se species: quae quilibet una earum quam claudit differentiarum: ut animal predicatur de rationabili et irrationabili: Quod si ita est: predicabitur et de his que sub rationali sunt posite speciebus et que sub irrationali. Est ergo commune animali et rationali id est generi et differentie. quod sicut genus de deo et homine predicatur. ita etiam rationale quidem differentia de deo et de homine dicitur. Sed non in tantum eius predicatio funditur quantum animalis id est generis. Animal enim non de deo solum atque homine dicitur: sed de equo et boue predicatur ad que rationalis differentia non pervenit. Sed quodcumque deum supponimus animali secundum eam opinionem facimus: qua solem stellasque atque cunctum hunc mundum animatum esse confirmant quos etiam deorum nomine (ut sepe dictum est) appellauerunt. Secunda item communis est generis ac differentie: quoniam que predicantur de genere ut genera: eadem et de his que sub ipsis sunt speciebus predicantur ad hanc similitudinem: et quaecumque predicantur de differentia: ut differentia. eadem quoque et de his que sub differentia sunt ut differentie predicantur Cuius sententia talis est. Sunt plura que de generibus predicantur: ut de animali dicitur animatum et substantia atque hec ut genera: Nec igitur predicantur et de his que sub animali sunt: ut rursus genera: nam hominis et animatum et substantia genus est: sicut ante fuerat animalis. Item in ipsis diffe-

rentiis quedam differentie inveniuntur: que ipsae de differentiis predicantur: ut de rationali due differentie dicuntur. Quod enim rationale est utitur ratione: vel habet rationem. Aliud est autem uti ratione aliud est habere rationem: ut aliud est habere sensum aliud uti sensu. Habet quippe sensus et dormiens sed non utitur. Ita quoque dormiens habet rationem sed minime utitur. Sed ipsius rationabilitatis quedam differentia est ratione uti: sed sub rationabilitate homo positus esse predicatur. Predicatur igitur de homine ratione uti ut quedam differentia: Differt enim a ceteris animalibus homo quia ratione utitur Demonstratum est igitur quod sicut ea que de genere predicantur: dicuntur de subiectis generi: ita etiam ea que de differentia predicantur dicuntur de his quoque que differentiis supponuntur. Tertium vero commune est: quod sicut abruptis generibus species interimuntur: ita consumptis differentiis species de quibus differentie predicantur intereunt. Commune enim est hoc uniuersalium in substantia peruentium perire subiecta. Sed prima communio demonstrat genera de speciebus predicari: sicut etiam differentias. Propter hanc igitur similitudinem si auferantur genera species pereunt. Sicut etiam species perire necesse est que sub differentiis sunt. si uniuersales earum differentie consumantur Cuius exemplum est. Si enim auferas animal: hominem atque equum sustuleris: que sunt sub rationali differentia collecta. Et de communitatibus quidem hactenus. nunc de generis et differentie dissimilitudine perpendit.



Proprium autem generis est de pluribus predicari quod differentia et species. et proprium et accidens. animal enim de homine et equo et aue et serpente predicatur. quadrupes vero de solis quatuor pedes habentibus homo vero de solis individuis et particularibus. et binnibile de solo equo et de his qui sunt particulares. et accidens similiter de paucioribus. Oportet autem differentias accipere. quibus diuiditur genus. non eas que complent substantiam generis. Amplius genus continet differentiam potestate. animalis enim hoc quidem rationale est. illud vero irrationale. differentie vero non continent genera. Amplius genera quidem priora sunt his que sub se sunt posite differentiis. propter hoc quidem simul quod eas auferunt. non autem simul auferuntur ab eis. sublato enim animali auferitur rationale et irrationale. differentie vero non auferunt genus. nam si omnes interimantur. tunc substantia animata. sensibilis subintelligi potest que est animal. Amplius quidem genus in eo quod quid est: differentia vero in eo quod quale quid est predicatur. quemadmodum dictum est. Amplius genus unum quidem est secundum unamquamque speciem. ut est hominis genus id quod est animal. differentie vero plurime. ut rationale mortale mentis et discipline perceptibile. quibus ab aliis differt. et genus. quidem consimile est materie. et forme quidem differentia. cum autem sint et alia communia et propria.

Secunda editio In porphi.

generis et differentie. nunc ista sufficiant.

C Proprium vero quid sit conuenienti atque integro vocabulo diffinitum est. Sed per abusionem illa etiam propria quorumlibet dicuntur: que in vnaquaque re ab aliis continent differentiam: licet cum aliis sint ea ipsa communia. Per se quippe proprium est homini quod ei omni et soli et semper adest: ut risibilitas. per usurpatam vero locutionem etiam proprium hominis rationalitas dicitur non per se proprium: quippe quod ei cum deorum est natura commune sed hominis rationalitas proprium dicitur ad discretionem pecudis quod rationale non est. Id vero propter hanc causam quoniam id proprium vniuscuiusque dicitur quod habet suum. Quo igitur quis ab alio differt: proprium eius non absurda usurpatione predicatur. Sed nunc quod dicit proprium generis esse de pluribus predicari quam cetera quattuor: id ipsius generis tale proprium est quale per se proprium dici solet: id est quod semper soli et omni adsit generi. Generi enim soli adest ut differentia specie proprio et accidente vberius atque fluentius predicetur. Sed de his speciebus differentiis propriis atque accidentibus id dici potest: que sub quolibet genere sunt. id est differentie quidem que quodlibet diuidunt genus. Species vero que diuisibilis est generis differentiis informatur. Proprium autem illi speciei que sub illo genere est: quod differentiis est diuisium. Accidentia his herent indiuiduis que sub ea specie sunt: quam designatum genus includit. Hoc facilius exempla declarant. Sit enim genus animal: quadrupes ac bipes differentie sub animalis posite continentia: Homo autem atque equus species sub eodem genere constitute. Risibile atque binibile propria earum specierum. Velox vero vel bellator dur sunt accidentia: que his indiuiduis accidunt: que sub speciebus hominis atque equi continentur. Animal igitur quod est genus predicatur. de quadrupede: et bipede que sunt differentie. Quadrupes vero non dicitur de bipede sed tantum de his animalibus que quattuor pedes habent. Plus igitur predicatur genus quam differentia. Rursus homo de platone et socrate predicatur et de ceteris. Animal vero non modo de hominis indiuiduis: verum etiam de ceteris irrationabilibus indiuiduis dicitur: plus enim genus quam species predicatur. Sed cum sit proprium equum speciei. Linqz genus quam species vberius predicetur: predicatio quoque generis proprio supergreditur predicationem. Accidentes quoque et si pluribus inesse potest: tamen sepe genere contractius inueniunt: ut bellator non nisi homo dicitur: et velocitas in paucis animalibus inuenitur. quo fit ut genus et differentia et specie et proprio et accidente amplius predicetur. Atque hec est vna proprietates generis que genus ab omnibus aliis distinguit ac separet. Oportet autem inquit nunc eas differentias intelligere: quibus diuiditur genus: non quibus informatur genus: ille enim a quibus informatur genus: plus quam ipsum genus sine dubio predicatur. ut animatum et corporeum ultra animal tendunt cum sint differentie animalis: et non diuisive: sed potius constitutive. Omnia enim superiora de inferioribus predicantur. Que vero de inferioribus predicantur: nec conuerti possunt: hec ab eis que inferiora sunt amplius predicantur. **C** Post hoc aliud proprium generis ostendit quo ab his differentiis que sub eodem sunt segregatur. Omne enim genus continet dif-

ferentias potestate. Differentia vero genus non potest continere. Animal enim rationale atque irrationale continet potestate. Illeque enim irrationabilitas neque rationalitas animal poterit continere. **P**otestate autem continere animal differentias proprias: quia (ut superius dictum est) genus omnes habet sub se differentias potestate. Actu vero minime. Ex quo fit ut alia proprietates oriatur. Sublato enim genere: perit differentia: velut sublato animali interimitur rationalitas: quod est differentia. At si rationale interimas irrationale animal manet. **S**ed obici potest quod si vtrasque differentias simul abstulero: non poterit remanere genus. Dicimus potest. Unumquodque enim non ex his de quibus predicatur: sed ex his ex quibus efficitur substantiam sumit. Itaque fit ut genus sublati differentiis diuisiuis permanere possit. Dum tamen maneant ille que ipsius generis formam substantiamque constituunt. Quoniam enim animal animatum atque sensibilis differentie constituunt. hec si maneant atque iungantur: perire animal non potest: licet ea pereant de quibus animal predicatur: rationale scilicet atque irrationale. vnumquodque enim (ut dictum est) ex his substantie proprietatem sumit ex quibus efficitur: non ab his de quibus predicatur.

Amplius si vtrasque differentias genus potestate continet: ipsum per se neutram earum intra se positam collocatamque concludit. quod si actu quidem eas non continet sed potestate. actu etiam ab his poterit separari: hoc ipsum enim eas potestate continere id erat actu non continere. Genus vero quod quilibet differentias actu non continet: actu ab eisdem etiam separatur. Rursus aliud est generis proprium quod ex proprietate predicationis agnoscitur. Omne enim genus ad interrogationem quod est vnumquodque respondere conuenit: ut animal in eo quod quid est de homine predicatur. differentia vero minime: sed in eo quod quale sit. Omnis enim differentia in qualitate consistit. Sed hoc proprium tale est quale superius diximus non per se: sed secundum alicuius differentiam dictum. Alioquin commune est hoc generi cum specie: ut in eo quod quid sit predicetur. sed quia hac re genus a differentia discrepat: quoniam differentia quidem in eo quod quale est: genus vero in eo quod quid est predicatur: generis proprium dicitur non per se sed differentie comparatione: et in omnibus reliquis eandem rationem conueniet speculari. Alia rursus generis et differentie separatio est: quod genus quidem speciei vni semper adest scilicet proximum. plura enim possunt esse superiora: velut hominis animal atque substantia. Sed proximum eiusdem hominis animal tantum differentie vero plures vni speciei adesse poterunt: ut rationale atque mortale. Itaque fit diffinitio ex vno quidem genere sed pluribus differentiis: ut hominis animal rationale atque mortale. Rursus alia discretio est: quod genus velut subiecti velit locum differentia vero forme: itaque illud fit materia quedam. que figuram suscipiat. Nec vero fit forma: que superueniens speciei substantiam rationemque perficiat. Idcirco pluribus differentiis a genere differentias segregauit quia hec maxime generis quadam similitudinem continet quia est vniuersalis: et preter genus inter cetera maxima: sed cum alia plura communia pluraque propria generis inter se ac differentie valeant inueniri: sufficiunt inquit ista. Satis enim ad discretionem

tionem qualibet differentias assumere: etiam si que dici possunt omnia non colligantur.



Genus autem et species commune quod dem habent de pluribus predicari quemadmodum dictum est. Sumatur autem species ut species solum. non autem ut genus: si fuerit idem species et genus. Commune autem his est et priora his esse. de quibus predicatur. et totum quoddam esse utrumque.

Generis quidem et speciei enumerat tria communia: unum quidem de pluribus predicari. genus enim et species de pluribus predicantur: sed genus de speciebus ut dictum est: species vero de individuis.

Sed nunc de illa specie loquitur in quantum species est: id est que non erit genus: ut ultima species. Quod si talem speciem ponamus: que etiam genus esse potest: ac de ea dicamus quod commune habet cum genere de pluribus predicari: nihil interest an ita dicamus ipsum genus id secum habere commune de pluribus predicari. Talis est enim species: que non solum est species: sed etiam genus est. Est autem commune his quoque utraque priora sunt his de quibus predicantur. Omne enim quod de pluribus predicatur: si recto (ut superius dictum est) ordine dicatur. Prius est his de quibus predicatur: preterea est illis hoc et commune: quod genus ac species totum sunt eorum que intra suum ambitum continent et cohercent: omnium enim specierum totum est genus: et omnium individuum totum est species. Eque enim genus et species adunativa est: ideo eorum que ad unam formam reducit: recte dicitur totum.

Differunt autem eo quod genus quidem species continent. species vero continentur et non continent genera. In pluribus enim est genus quod species. Amplius genera quidem preiacere oportet. et informata differentiis specificis perficere species. unde et priora sunt naturaliter genera. et simul interimantur sed que simul non interimantur. et species cum sit est et genus. genus vero cum sit: non omnino erit species. et genera quidem uniuoce de speciebus predicantur: species vero de generibus minime. Amplius genera quidem abundant earum que sub ipsis sunt specierum continentia. species vero de generibus abundant propriis differentiis: amplius nec species fiet unquam generalissimum nec genus fiet unquam specialissimum.

Expeditis communibus generis et speciei: nunc de eorum discretionem pertractat. Differre enim dicit genus a specie: quoniam genus continet species. ut animal continet hominem. species vero non continet genera neque enim homo de animali predicatur. Itaque fit ut species contineantur a generibus: nunquam vero contineant genera. Omne enim quod amplius predicatur: illius est continens: quod minus dicitur continetur. quod si genus amplius predicetur quam species: necesse est ut species quidem contineatur a genere: genus vero speciei nullo ambitu predicationis includatur: huius autem ratio est quoniam genus semper su-

scipiens differentiam speciem facit. hoc enim est genus quod habet latissimam predicationem. contractum differentia et contractum speciem facit. omnino enim generi iuncta differentia speciem reddit: et ex uniuersalitate et latissima predicatione in angustum speciei terminum contrahit. Animal enim cuius predicatione per se longe lateque diffusa est si arripiat rationalis differentiam: si et mortalis: dimittit atque contrahit in unum hominis speciem unde fit ut minor sit semper species quam genus: atque ab eo contineatur sed non contineat: sublatoque genere auferatur: et species. si enim totum auferas pars non erit. quod si species auferatur: genus manet: veluti cum animal sustuleris: interimitur etiam homo: si hominem auferas: animal restat. hec etiam causa est ut genus de specie uniuoce predicetur: et ut species suscipiat definitionem generis et nomen: sed non est conuersio: definitionem quippe speciei: genus non suscipere videtur substantiam enim priorum inferiora suscipiunt. Si enim diffinias animal: dicas: substantiam esse animam atque sensibilem. At si predices de homine animal verum dixeris: si etiam animalis definitionem de homine predicaueris: dicasque hominem esse substantiam animam atque sensibilem: nihil fuerit in propositione falsi: sed si hominis rationem reddas: animal rationale mortale: ea animali non conueniunt: sed si reddas animali rationale mortale non conueniunt. neque enim id quod animal est addici poterit animal rationale mortale. fit igitur ut sicut species generis nomen suscipit: ita etiam capiat definitionem: et sicut genus nomen speciei non suscipit: ita nec eiusdem definitionem monstratur: sed cuius nomen et definitio de aliquo predicatur: id uniuoce dicitur. Cum igitur generis nomen et definitio de specie predicetur: genus de specie uniuoce dicitur. Quoniam vero speciei de genere neque nomen neque definitio predicatur non conuertitur uniuoca predicatione. Differunt genera speciebus hoc quoque: quod genera superuadunt species suas aliarum continentia specierum. Species vero genera differentiarum pluralitate. animal enim quod est genus superuadit hominem quod est species quia non hominem solum continet: verum etiam bouem equum aliasque species: quas sue predicationis includit. Species vero ut homo superuadit genus: ut animal multitudinem differentiarum. Nam actu genus non habet rationale vel mortale: nullas quippe actu genus retinet differentias: easdem species sue substantie inherentes atque insitas tenet. Homo enim rationalis est atque mortalis: quod genus minime est. Animal enim neque mortale est per se: neque per se rationale. Quod si genus quidem plus unam continet specie: at vero species multis differentiis informantur: superat quidem genus speciem continentia specierum. Species vero vincit genus differentiarum pluralitate: illa quoque est differentia: quod genus quoniam omnium primum est: nunquam in tantum descendere poterit ut fiat ultimum: species vero que ceteris est inferior: nunquam in tantum ascendere poterit: ut suprema omnium fiat. nunquam igitur nec species generalissimum fiet: nec genus specialissimum. Sed et his que dicte sunt differentiis: alie sunt que genus a specie proprie coniuncteque determinant. Alie vero que non solum genus a specie: verum etiam a ceteris deducunt ac determinant: neque enim in his tantum dif-

Secunda editio In porphi.

ferentis que sunt dicte verumetiam in ceteris considerari oportet: si proprie normam discretionis querimus cognoscere.



Generis autem et proprii commune quidem est sequi species. namque si homo est. animal est. et si homo est risibile est. et equaliter dicitur predicari genus de speciebus et propriis de his que participant illo individuis.

equaliter enim et homo et bos animal est. et cicero. et cato sunt risibiles. commune autem est his uniuoce predicari genus de propriis speciebus et propriis de his quorum est proprium.

Tertia interim generis ac proprii dicit esse communia: quorum primum illud est: quoniam ita genus sequitur species ut proprium: posita enim specie necesse est intelligamus et proprium. neutrum enim species proprias derelinquit: nam si homo est animal est: si homo est: risibile est. ita quemadmodum genus: sic proprium ab ea specie cuius est proprium non recedit. illud quoque quod equalis est generis participatio sicut etiam proprii. Omne enim genus equaliter a suis speciebus participatur: proprium vero individuis omnibus equaliter adherescit. Manifestum est autem participatione esse generi equale proprium. neque enim plus homo animal est quam equus atque bos: sed in eo que sunt animalia: equaliter animalis id est generis uocabulum trahunt. Lato etiam et Cicero equaliter risibiles sunt: etiam si equaliter non rideant: in eo enim que apti ad ridendum sunt dici risibiles possunt: non que iam rideant. Equaliter ergo ea que sub genere sunt: suscipiunt genera: sicut ea que sub propriis: propria. Tertium illud que sicut genus de propriis speciebus uniuoce predicatur: ita etiam proprium de sua specie uniuoce dicitur. Genus enim quoniam substantiam speciei continet: non modo eius nomen de specie: verum etiam diffinitio predicatur. Proprium vero speciem non relinquit: quam semper sequitur: nec in aliam speciem transgreditur nec infra subsistit. Diffinitionem quoque propria speciebus tradunt: cuius enim nomen unum tantum conuenit speciei cui coequatur: dubitari non potest: quin eius quoque diffinitio speciei conueniat. Quo fit ut sicut genus de speciebus: ita proprium de sua specie uniuoce predicetur.

Differunt autem genus et proprium. quoniam genus prius est. posterius vero proprium oportet enim esse prius animal. de hinc diuidi differentiis et propriis. et genus quidem de pluribus speciebus predicatur quarum est genus. proprium vero de una sola specie cuius est proprium et proprium quidem conuersum de eo cuius est proprium predicatur. genus vero de nullo conuersum predicatur. nam nec si animal est homo est. nec si animal est. risibile est. si vero risibile est homo est. et conuerso. Amplius omni speciei inest proprium cuius est proprium et soli et semper. genus vero omni quidem speciei inest cuius fuerit genus. et semper non autem soli. Amplius autem species quidem interempte non simul interimunt genera quorum sunt species propria vero interempta interimunt ea quorum sunt

propria. et his interemptis ipsa simul iterimuntur.

Rursus tale proprium sumit: que ad alterius nuncupationem proprium nuncupetur. dicit enim proprium esse generis prius esse quam propria. Oportet enim prius esse genus: quod veluti materia differentiis supponatur: uenientibusque differentiis fieri speciem cum quibus propria nascuntur. Si igitur prius est genus quam differentie: prius etiam differentie quam species: et speciebus propria coquantur non est dubium quin propria generibus posteriora sint: ac per hoc quod dictum est proprium esse generis prius esse quam propria. Commune est generi cum differentiis. Differentie enim species conformantes priores considerantur esse quam propria. Si quidem speciebus ipsis priores sunt: quas propria ratione determinant: sed ut dictum est hoc proprium ad differentiam proprii intelligendum est: non quale superius proprium per se constitutum est. Rursus differt genus a proprio que genus quidem de pluribus predicatur speciebus: proprium vero minime. nam neque genus est nisi plures ex se species proferat: nec proprium si alteri cuiuslibet speciei possit esse commune. fit igitur ut genus quidem plurimas species sub se habeat: ut animal hominem atque equum: proprium vero unam tantum sicut: risibile hominem. Quo fit ut illa quoque proprietas ex differentia nascatur: genus enim predicatur quidem de speciebus: ipsum vero in nulla predicatione supponitur. Proprium vero et species alterna predicatione mutantur. fit enim predicatione aut a minoribus ad maiora: aut ab equalibus ad equalia. Genus igitur quod maius est de speciebus predicatur omnibus: species quoniam minores sunt: de generibus non dicuntur. ut animal de homine dicitur: homo vero de animali nullo modo predicatur. At uero proprium quoniam speciei equale est: eque predicatur. Atque preponitur: ut risibile de homine dicitur. omnis enim homo risibilis est: eodemque modo conuertitur. omne enim risibile homo est. Differt etiam proprium a genere: que proprium unius speciei et omni et semper adest. Genus uero ex his quidem duo retinet: in uno uero semper diuersum est. nam speciebus suis et semper adest et omnibus non uero solis. hoc enim erat tantum propriis esse: que singulas tantum species continent. hoc enim generibus que plures. igitur propria quidem singulas optinent species: genera uero non singulas: adest igitur proprium unius soli et speciei et semper et omni. Genus uero et omni quidem et semper et non soli: ut risibile homini soli: animal uero eisdem homini: sed non soli. Preest enim cunctis que irrationabilia nuncupamus: preterea si auferamus genus: species interimuntur. nam si non sit animal: non erit homo. si auferamus species: non interimitur genus. nam si non sit homo: animal non peribit. Species uero et propria quoniam sunt equalia: alterna se uice consumunt. nam si non sit risibile homo non erit si homo non sit: risibile non manebit. Consumunt igitur genera sub se positas species: non uero ab his inuicem consumuntur. Species uero et proprium inuicem perimuntur et perimuntur.



Generi uero et accidenti commune est de pluribus quemadmodum dictum est. predicari siue separabilium sit accidens siue inseparabilium. etenim moueri de pluribus. et nigrum de coruis. et de omnibus ethiopicibus

pibus et aliquibus inanimatis predicantur.
Nihil est quod in ceteris ita sit a generis ratione dis-
 iunctum sicut est accidens. nam cum genus cuiuslibet
 monstrat substantiam: accidens vero a substantia lon-
 ge disiunctum sit et extrinsecus veniens: nihil vero no-
 tius commune habere potest cum genere quam de plu-
 ribus predicari. Genus enim de pluribus predicatur
 speciebus. accidens vero de pluribus non modo spe-
 ciebus: verum etiam generibus animatis atque inani-
 matis: ut nigrum dicitur de rationali homine: et de
 irrationabili coruo: et de inanimato bebeno. Album
 est de cigno et marmore. moueri de bove de equo et de
 stellis: ac de agitatibus: que sunt separabilis accidentis exempla.
Differt autem genus ab accidenti. quoniam ge-
 nus ante species est. accidentia vero speciebus po-
 steriora sunt. nam et si inseparabile accidens suma-
 tur. tamen prius est illud cui accidit quam accidens. et
 genera quidem que participant. equaliter partici-
 pant. accidenti vero non equaliter. Intensionem
 enim et remissionem suscipit accidentium partici-
 patio. generum vero minime. Et accidentia qui-
 dem in indiuiduis principaliter consistunt. gene-
 ra vero et species naturaliter priora sunt indiuiduis
 substantiis. Et genera quidem in eo quod quid sit pre-
 dicatur de his que sub ipsis sunt. accidentia vero
 in eo quod quale aliquid sit. vel quomodo se habet vnum
 quodque. qualis est enim ethiops interrogatus di-
 cis niger. et quomodo socrates se habet dicis quo-
 niam sedet vel ambulat.

Differentiam generis et accidentis hanc primam pro-
 ponit. Quod genus quidem ante species sit: quippe
 quod materie loco est: et differentiis informatum spe-
 cies gignit. at vero accidens esse post species inueni-
 tur. Oportet enim prius esse cui aliquid accidat: post
 vero ipsum accidens superuenire. Nam si subiectum
 non sit quod suscipiat: accidens esse non poterit. Quod
 si genus quidem speciebus subiectum est: non possunt
 esse species: nisi eis genus velut materia supponatur.
 Accidentia vero esse non possunt nisi eis species sup-
 ponatur. nam manifestum est genus quidem esse an-
 te species: accidentia vero post species. Rursus alia
 differentia: quoniam genus neque intensionem neque re-
 missionem suscipere potest. Quo fit ut que participabant
 genere: equaliter eius nomen definitionemque susci-
 piant. Omnes enim homines equaliter animalia sunt
 eodem modo equi. Necnon inter se homo atque equus
 et cetera animalia comparata eque animalia predicantur.
 Accidentis vero participatio et inteditur et remit-
 titur. Inuenies enim quemlibet paulo diutius ambu-
 lantem et paulo amplius nigrum. Si in ipsis ethiopi-
 bus considerabis: omnes non eque nigro colore esse
 obductos inuenies. Alia quoque differentia est: quo-
 niam omne accidens in indiuiduis principaliter subsi-
 stit. Genera vero speciebus et indiuiduis priora sunt.
 nisi enim singulariter corui nigredine infecti sint: cor-
 ui species nigra esse nullo modo diceretur. Ita fit ut acci-
 dentia post indiuidua esse videantur. Nam si prius est
 id cui aliquid accidit quam illud quod accidit: non est du-
 bium prius esse indiuidua: posterius vero accidens.
 Genera vero et species supra indiuidua considerantur:
 hoc iccirco quoniam de omnibus his predicantur: eo-
 rumque substantiam propria predicatione constituunt

sed dici potest genera quoque et species posteriora in-
 diuiduis inueniri. Illi enim sint singuli homines: sin-
 guli que equi: hominis atque equi species esse non possunt
 et nisi sint singule species: eorum genus animal esse non
 poterit. Sed meminisse debemus superius dictum esse
 genus non ex his sumere substantiam de quibus pre-
 dicatur: sed de eo potius quod differentiis constitu-
 tiuis eius substantiam formamque perficit. Itaque si ge-
 nus quidem diuisiuis differentiis interemptis non pe-
 rimitur. manet in que eius constitutiue sunt: que eius
 formam definitionemque perficiunt. Cumque differen-
 tie diuisiue generis speciebus sint priora (ipse enim
 species conformant: atque constituunt) non est dubium
 quin genus etiam pereuntibus speciebus possit in pro-
 pria permanere substantia: idem de speciebus dictum
 sit. Species enim superioribus differentiis non poste-
 rioribus indiuiduis informantur. Que cum ita sint spe-
 cies quoque ante indiuidua subsistunt. Accidentia ve-
 ro nisi sint quibus adsint: esse non possunt: nullis ve-
 ro prius accidunt quam indiuiduis. Nec enim generatio-
 ni et corruptioni supposita variis semper accidentibus
 permutantur. Illam quoque annumerat differentiam
 que est superius dicta: quod genus quia res demonstrat
 et de substantia predicatur in eo quod quid est dicitur.
 Accidens vero aut in eo quod quale est aut in eo quod quo-
 modo habet sese. Nam si qualitatem interrogas: acci-
 dens respondebitur: ut si qualis est coruus: niger. Si
 quomodo se habet: aliud rursus accidens: aut sedet:
 aut volat: aut croizat. Nam cum accidens in nouem
 predicamenta diuidatur: qualitatem: quantitates: ad
 aliquid: vbi situm habere: quando facere pati. Lete-
 ra quidem omnia in quomodo se habet interrogatio-
 ne ponuntur. Qualitas vero in qualitatis sciscitatio-
 ne responderi solet. Nam si interrogemur qualis est
 ethiops: respondebimus accidens. id est niger. Si quomo-
 do se habeat Socrates: tunc dicemus aut sedet: aut
 ambulat: aut superiorum aliquod accidentium.

Genus vero quomodo ab alijs quattuor disse-
 rat dictum est. Contingit autem etiam vnumquod-
 que aliorum differre ab alijs quattuor: ut cum quin-
 que quidem sint. vnumquodque autem ab alijs qua-
 tuor differat. quater quinq. xx. fiant omnes disse-
 rentie. sed non sic se habet sed semper posteriori-
 bus enumeratis. et secundis quidem vna differen-
 tia superatis. propterea quia iam sumpta est tertius
 vero duabus. quartis vero tribus. quintis vero qua-
 tuor. sic decem fiunt omnes differentie. quattuor.
 tres due. vna. Genus etenim quo differt a differē-
 tia et a specie et proprio et accidente dictum est. qua-
 tuor ergo sunt omnes differentie. differentia vero
 quo differt a genere dictum est. quando quo dis-
 fert genus ab ea dicebatur. relinquatur ergo quo
 differat differentia a specie: et proprio et accide-
 ti dicere. et fiunt tres. rursus species quo qui-
 dem differt a differentia dictum est quando quo
 differt a specie differentia dicebatur. et quo dif-
 ferat species a genere dictum est quando quo disse-
 rat genus a specie dicebatur. Reliquum est igitur
 in quo differat species a proprio et accidenti dice-
 re. et sunt due he differentie: quo autem differt pro-
 prium ab accidenti relinquatur. Nam quo a gene-

Secunda editio In porphi.

re et specie et differentia differat. predictum est in illorum ad ipsum differentiis. quatuor igitur sumptis generis differentiis ad alia. tribus vero differentie: duabus speciei. vna autem proprii ad accidens. decem erunt omnes quarum. quatuor que erant generis ad reliqua superius demonstrauimus:

Quoniam differentias et communitates generis ad differentiam ad speciem ad accidens et ad proprium persecutus est. Idem quoque de ceteris facere contendens predicat: quot omnes differentie possunt esse: que inter se comparatis commixtisque rebus bis que superius propositae sunt efficiantur. Sunt autem. xx. nam cum quinque sint res: et vnaqueque res earum si a quatuor aliis differat: quinquies quater. xx. differentie fiunt: quod appositaram litterarum manifestatur exemplo. Sit quinque res veluti quique littere. a. b. c. d. e. differat igitur. a. quidem ab aliis quatuor id est. b. c. d. e. fient quatuor differentie. rursus. b. differat ab aliis quatuor id est. a. c. d. e. erunt rursus quatuor que superioribus iuncte octo coniungunt. c. vero tertia a reliquis differat quatuor. s. a. b. d. e. que quatuor differentie superioribus octo copulate. xij. reddunt. Quarta. d. si reliquis quatuor comparetur: differat eque ab eisdem a. b. c. e. fient igitur rursus quatuor que superioribus xij. apposite. xvj. copulant. Quod si vltima. e. ab aliis quatuor differat. s. a. b. c. d. fient alie quatuor differentie: que compositae prioribus. xx. perficiunt. et fit quidem huiusmodi descriptio.

a b c d e
b c d e (a c d e) a b d e (a b c e) a b e d

Que cum ita sint: in generibus quoque et speciebus et ceteris idem considerabitur. Erunt ergo quatuor differentie quibus genus a differentia specie proprio accidentisque disiungitur. Alie rursus quatuor: quibus differentia a genere specie proprio atque accidenti discrepat. Rursus quatuor speciei ad genus differentiam proprium atque accidens. Quatuor etiam proprii ad genus differentiam speciem atque accidens. Quatuor in super accidentis ad genus differentiam speciem atque proprium. Que coniuncte omnes. xx. explicant differentias. Sed hoc si ad numeri referatur naturam comparationisque alternationem. Illam si ad ipsas differentiarum naturas vigilans lector aspiciat: easdem sepe sumptas differentias inuenit. Quo enim genus differat a differentia: eodem differentia differat a genere. et quo differentia distat a specie: eodem species a differentia disgregatur: et in cunctis eodem modo. In hac igitur disputatione differentiarum quam supra disposui: easdem adnumeravi sepius. Itaque si differentiarum similitudines subtrahamus decem fient omnino differentie: quas ad presentem tractatum velut diuersas atque dissimiles oportet assumere. Age enim differat genus a differentia specie proprio atque accidenti quatuor differentiis quas supra iam diximus. Item sumamus differentiam distabit hoc a genere primum: dehinc a specie: proprio: atque accidenti sed quo discrepet a genere iam superius explicatum est cum diceremus quo genus a differentia discreparet. Detracta ergo hac comparatione quoniam supra commemorata est relinquuntur tres differentie: quibus differentia a proprio a specie accidentisque disiungitur: que iuncte cum superioribus. iiii. vii. reddunt differentias. Post hanc species si sumatur quatuor quidem eius essent differentie secundum numeri diuersitatem: cum

ad genus differentiam proprium atque accidens comparatur. Sed priores due comparationes iam dicte sunt: Nam quo species differat a genere: tunc dictum est cum quid genus differret a specie dicebam: quid vero species a differentia distet commemoratum est: cum differentie ad speciem dissimilitudines redderemus. Quibus detractis due supersunt integre atque intacte speciei ad proprium et accidens discrepantie. Que iuncte cum. vii. ix. differentias copulant proprii vero si ad numerum differentie considerent. quatuor erunt. s. ad genus differentiam speciem atque accidens comparati: quarum quidem tres superiores differentie iam dicte sunt. Nam quod a genere proprio distet tunc dictum est: cum quid genus a proprio distaret ostendimus. Rursus quid proprium a differentia discrepet: in colligenda distantia differentie proprii superius demonstratum est. quid vero proprium differat a specie: tunc expositum est: quando quid species distaret a proprio dicebatur. Restat igitur differentia vna proprii ad accidens: que superioribus iuncta. x. differentias claudit. Accidentis vero ad cetera possent quidem esse quatuor: nisi iam omnes probarentur esse consumptae. Nam quid differat vel genus vel differentia vel species: vel proprium ab accidenti supra monstratum est: nec sunt plus differentie diuersae accidentis ad cetera: que ceterorum ad accidens. Itaque sit ut cum sit quinque rerum numerus: si prima assumatur. iiii. fiant differentie. Si secunda tres: vincanturque secunda rei ad ceteras differentie a prima ad ceteras vna tantum distantia. Nam cum prima habuerit quatuor: secunda retinet. iiii. tertia vero si assumatur duas habebit differentias: que vincantur a primis. iiii. differentiis duabus. Quarta si sumatur vnam habebit differentiam: que vincitur a primis quatuor differentiis tribus. Quinta vero quoniam nullam habebit omnino differentiam nouas totis. iiii. a prima differentiis superatur. atque hoc numerorum gradu quidem usque ad denarium numerum tenditur: quatuor tres: due: vna: ut generis quidem. iiii. differentie vero tres. Speciei. ii. proprii. i. accidentis nulla est. prime generis quidem comparationes. iiii. nouas tenent differentias. secunde vero differentie comparationes tres nouas tenent. vna enim superius adnumerata est vincitur autem a primis. iiii. nouis differentiis vna tantum. speciei vero tertia comparatio duas tantum habet differentias nouas. duas quippe superius enumeratas cognoscimus. et vincitur a quatuor primis duabus tantum differentiis nouis. proprii vero vna tantum retinet nouam quoniam tres habet superius numeratas: vinciturque a prima nouis tribus differentiis. quinti vero accidentis comparationes quoniam nullam retinent nouam differentiam totis quatuor a primis generis transcendantur. Atque ad hunc modum ex. xx. differentiis secundum numerum. x. secundum dissimilitudinem contrahuntur: ut tamen has secundum dissimilitudines differentias non in quinario tantum numero: verum in ceteris notas habere possimus: talis dabitur regula que plenam differentiarum dissimilitudinem in quolibet numeri pluralitate reperiat. Propositarum. n. numero rerum si vnum dempseris: atque id quod dempto vno relinquatur: in totam summam numeri multiplicaueris: dimidium eius quod ex multiplicatione factum est coequabit ei pluralitati quam propositarum rerum differentie continebant. Sunt ergo res quatuor a. b. c. d. bis aufero vnum: et fiunt tres has igitur quater multiplico

ter multiplico: sicut. xii. boz si dimidiū teneo: sex erūt
Tot erunt igit differentie iter se rebus quattuor cō
paratis. a. q̄ppe ad. b. z. c. z. d. tres retiet differētias.
Rursus. b. ad. c. z. d. duas. c. vero ad. d. vnam. Que
iuncte senarium numerum complent. Atqz hanc quī
dem regulam simpliciter ac sine demonstratione nūc
dedisse sufficiat. In predicamentorum vero expositio
ne ratio quoqz cur ita sit explicabitur.

Commune ergo est differentie z speciei
equaliter participari. homine enī equa
liter participant particulares homines.
z rationali differentia. Cōmune vero ē z
semp adesse bis que eorum participant. semper. n.
Socrates rationalis est. z semper homo est.

Dicitur est sep̄ius ea que substantiam formant nec
remissione contrahi nec intensione produci. vnicuiqz
id quod est vnum atqz idem est. Quod si differentia
specierū substantiam monstrat: species vero indivi
duorum: equaliter vtreqz ab intensione z remissione
seiuuncte sunt: quo fit vt equaliter participantur. Cēs
enim individui mortales atqz rationales sunt homi
nes. Nam si idem est esse homini quod est rationale
esse: cum homines eque sint homines: necesse est vt
sint equaliter rationales. Aliud quoqz commune ha
bet differentia cum specie: quoniam ita differētie sui
participantia non relinquunt vt species. Semper enī
Socrates rationalis est (Socrates enim rationali
tate participat) semper homo est: quia scilicet huma
nitate participat. vt igitur differentie sui participan
tia non relinquunt: ita species bis que eam partici
pant: semper adiuncta est.

Proprium autem est differentie quidez i
eo q̄ quale sit predicari: speciei vero i eo
q̄ quid est. nāz si homo velut qualitas ac
cipiatur: non erit tamen simpliciter qua
litas: sed secundū id q̄ generi aduenientes differē
tie eam constituerunt. Amplius differentia quidē
sepe in pluribus speciebus consideratur: quemad
modum quadrupes in pluribus animalibz spe
cie differentibus: species vero in solis bis que sub
vna specie sunt individuis. Amplius differentia
quidem prima est ab ea specie que est secundum
ipsam. simul enim ablatum rationale interimit ho
minem: homo vero interemptus non aufert ratio
nale. cum sit deus. Amplius differentia quidē cō
ponitur cum alia differentia rationale enim z moz
tale compositum est in substantiam hominis. spēs
vero speciei non componitur. vt gignat alteraz spe
ciem. quedam enim equa cuidam asino permisceat
ad nulli generationem: equa enim simpliciter asi
no nunq̄ conueniens perficeret mulum.

Expositis communitatibus quantum ad institutio
nem pertinebat differentie z speciei: earundem nunc
dissimilitudines colligit dicens: quoniam differūt q̄
species in eo q̄ quid sit predicatur. Differentia antez
in eo q̄ quale sit. Hūic differentie poterat questio oc
currere nam si humanitas ipsa que species est: quali
tas quedam est: cur dicatur species in eo q̄ quid sit p̄
dicari: cum propter quandam sue nature proprietatē
quedam qualitas esse videatur. Hūic respondemus
quia differentia solum qualitas est: humanitas vero

non solum est qualitas: sed tantum qualitate perficit
Differentia enim superueniens generi speciem facit
ergo genus quadam differentia z qualitate formatū
est vt procederet in speciem. species vero ipsa qualis
quidem est secundum differentiam illius que est pu
ra ac simplex qualitas: qua scilicet perficitur z confor
matur. Qualitas vero ipsa pura simplexqz nullo mo
do est: sed ex qualitatibus effecta substantia. itaqz iu
re differentia que pure ac simpliciter qualitas est in
eo q̄ quale est sciscitantibus respondetur species ve
ro in eo q̄ quid sit iure respondetur: licet ipsa quoqz
quedam qualitas sit non simplex: sed alius qualitatis
informata. Rursus quoqz differentia ipsa ē quia plu
res sub se species differentia continet. Species vero
tantum individuis preest. Rationalitas enim z ho
minem claudit z deum: quadrupes equum bouem
z c. homo vero sola individua: atqz in alijs speciebus
eadem ratio est. Jecirco enim definitiones quoqz se
cute sunt: vt differentia vocaretur: quod de pluribus
specie differentibus i eo q̄ quale sit predicetur. Spe
cies vero q̄ de pluribus numero differentibus in eo
q̄ quid sit predicatur. Ideo etiam superioris nature
sunt differentie: quoniam continentis sunt specierū.
nam si quis auferat differentiam speciem quoqz su
stulerit: vt si quis auferat rationabilitatem hominē
deumqz consumpserit: si quis vero hominem tollat:
rationabilitas in speciebus reliquis constituta est: igit
tur differentie distant a specie: qd vna differētia plu
res species continere sub se potest: species vero nullo
modo. Alia rursus est differentia: quoniam ex pluribz
differentijs vna species iungitur. ex pluribz vero spe
ciebus nulla speciei substantia copulatur. Junctis enī
differentijs mortali ac rationali factus est homo. In
ctis vero speciebus nulla vnquā species informatur.
Quod si quis occurrat dicens: quoniā permixtus asi
no equus efficit mulum: non recte dixerit. Individua
enim individuis iuncta: individua rursus alia sortaz
se perficient. Ipse vero equus simpliciter. i. vniuersa
liter z asinus vniuersaliter neqz permisceri possunt
neqz aliquid si cogitatione misceantur: efficiunt. Cō
stat igitur differentias quidem plurimas ad vni⁹ spe
ciei substantiam conuenire. Species vero in alterius
speciei naturam nullo modo posse congruere.

Differentia vero z proprium commune q̄
dem habent equaliter participari ab his
que eorum participant: equaliter enī ra
tionalia rationalia sunt. z risibilia sunt ri
sibilia. z semper z omni adesse commune vtriqz est
si enim curtetur qui bipes est non substantia perit
sed ad id ad quod natum ē semper predicatur. nā
z risibile ad id quod natum ē semper dicitur. sed
non in eo q̄ semper rideat.

Cum differentie proprijsqz communia continua ra
tione prosequitur. Commune enim dicit esse proprio
ac differentie: q̄ equaliter participantur: eque enim
omnes homines rationales sunt: eque risibiles. Illud
quia substantiam monstrat: istud quia est equum p̄
prie speciei z subiectam speciem non relinquit. Aliud
etiam in his commune subiūgit. cōliter. n. differētia
semper subiectis adest: vt propriū. Sēper enim cēs
homines rationales sunt: vt semp quoqz risibiles. sz
obici poterat non semp esse bipedem homines. cū sit
bipes differentia: si vnus pedis perfectione curtet:

Secunda editio In porhpi.

quam tali modo soluimus questionē. Propria et differētie nō in eo q̄ semper habeāt: sed in eo q̄ semper naturaliter haberi possūt semp̄ dicuntur adesse subiectis. Si. n. q̄s curtetur pede: nihil attinet ad naturā sicut nihil ad detrahendum propriū valet si hō non rideat. Nec. n. nō in eo q̄ adsint: s̄ eo q̄ p̄ naturā ad esse possint semp̄ adesse dicuntur. Ipsum enim semp̄ non actu esse dicimus: sed natura. Nunq̄ enim fieri potest: vt per nature ipsius proprietatem non semper bipes sit etiaz si fieri potest vt pede curtetur: vel et si diminuto pede sit natus. In his enim non speciei atq̄ substantie: sed nascenti individuo derogatur.

C Proprium autem differentie ē. q̄ hec quidem de pluribus speciebus dicitur sepe. vt rationale d̄ homine et de deo. proprium vero de vna sola specie cuius ē proprium et differentia illis ē consequēs quorum ē differentia. sed nō conuertitur. propria vero conuersim predicantur de his quoz sūt propria propter id q̄ conuertuntur:

Distat a proprio differentia quod differentia plurimas species claudit: ac de his omnibus predicat. proprium vero vni tantū speciei coniungit atq̄ equatur. Rationale enī de hoīe atq̄ de deo pdicat: quadrupes vero de equo et ceteris animalib⁹. Risibile vero vnā tantum speciem continet: idest hominē. vnde fit vt differentia semper speciem consequatur: species vero differentiam minime. Proprium vero ac species alternis se se vicibus equa predicatione comitantur. Sequi vero dicitur aliquid quotiens quolibet rē pri⁹ natura posterius reliqua conuenit nuncupari: vt si dicam omnis homo rationalis est: prius homo ē: posterius posui differentiam. Sequitur ergo differentia speciem. At si conuertam nomina dicamq̄ omne rationale homo est propositio non tenet veritatem. Igitur species nulla ratione differentiam comitatur propriū vō et spēs q̄ cōverti possunt mutuo se sequuntur. omnis homo risibilis est: et omne risibile hō ē.

Differentie autem et accidentis cōmune quod idem est de pluribus dici. cōmune vō ad ea que sunt inseparabilia accidentia semper et omnibus adesse. bipes enim semp̄ adest omnibus coruis et nigrum similiter.

Duo quidem differentie et accidentis cōmunia sunt quorum vnum inseparabilibus et separabilibus accidentibus euz differentia cōmune est. Ab altero vō separabile accidens segregatur. Tantum vero inseparabile secundo cōmū claudit. Est enī cōmū differentie cum omnibus accidentibus de pluribus predicari. Nam et separabilia et inseparabilia accidentia sicut differentia de pluribus speciebus et indiuiduis pdicāt: vt bipes de coruo atq̄ cigno nuncupatur: et de his indiuiduis que sub coruo sunt. Item de eodē coruo atq̄ cigno album: et nigrum que sunt inseparabilia accidentia predicantur. Ambulare enim vel stare: dormire ac vigilare de hisdem dicimus: que sunt separabilia accidentia. Reliqua vero cōmunitas ea tantum accidentia videtur includere que sunt inseparabilia. Nam sicut differentia semper subiectis speciebus adherescit: ita etiam inseparabilia accidentia nunq̄ videntur deserere subiectum: vt enī bipes qd̄ est differentia nunq̄ speciem coruorum derelinquit ita nec nigrum qd̄ accidens inseparabile est differentia vero iccirco non relinquit subiectum: quoniā eius

substantiam cōplet ac perficit. Accidens vō huiusmodi est quoniā nō potest separari. neq̄ enim posset eē accidēs inseparabile: si subiectū aliquādo reliqueret.

C Differunt autem q̄ differentia quidem cōtinet et non continetur. continet enim rationalitas hominem et deum. et accidentia vero quodammodo continent. eo q̄ in pluribus sunt. quodammodo continentur eo q̄ non vnus accidentis susceptibilia sunt subiecta. sed plurimorum. et differentia quidem in intensibilis et irremissibilis. accidentia vero minus et magis recipiunt. et impermixte sunt quidem contrarie differentie. mixta vero contraria accidentia. huiusmodi quidem cōmuniones et proprietates differentie et ceterorum sunt. Species vero quo quidem differat a genere et differentia. dictū est in eo q̄ dicebamus quo genus differat a ceteris et quo differentia differat a ceteris.

C Post differentie et accidentis redditas cōmunitates nunc de eoz differentijs tractat. Ac primus quidē tale proponit. differentia quidem omnis speciem continet. Rationalitas enim continet homines: quoniā pl⁹ rationalitas q̄s species idest homo predicatur. supergressa enim substantiam hominis in deum vsq̄ diffunditur. Accidentia vero aliquando continent aliquando continentur. Continent quidem quia quodlibet vnum accidens speciebus adesse pluribus consuevit: vt albus cigno et lapidi. vt nigrū coruo et ethiopi atq̄ hebeno. Continentur vero: quoniā plura accidentia vni accidit speciei: vt videatur illa species plura accidentia continere: cum enim ethiopi accidit vt sit niger: accidit vt sit simus: vt crispus: que cuncta accidentia sunt ethiopsis: Species quodammodo intra se plurima accidentia videtur includere. huic occurri potest: quoniā differētie quoq̄ aliquo modo continentur: aliquo modo continēt: vt rationalitas continet hominem. plus enim q̄s de homine predicatur. Continentur quoq̄ ab homine: quoniā non solū hanc differentiam homo continet verum etiam mortale. Respondebimus contra. hoc oīa quecunq̄ substantialiter de pluribus predicantur: ab his de quib⁹ dicuntur non poterunt contineri. quo fit vt differentie quidem non contineantur a specie: et si sint plures differentie que speciem forment. Accidentia vero cōtinentur: quoniā accidentia speciei substantiaz nulla predicatione constituunt. nam nec proprie vniuersalia dicuntur accidentia: cum de speciebus pluribus dicuntur. Differentie vero maxime et proprie dicunt vniuersalia. Que enim quorumlibet vniuersalia sūt: ea necesse est eorum quorum sunt vniuersalia: etiam substantiam continere: quo fit quia differentie substantiam monstrant intensione ac remissione careāt: vna enim queq̄ substantia neq̄ contrahi neq̄ remitti potest. At vero accidentia quoniā nullam constitutionem substantie profitentur: intensione crescunt et remissione decrescunt. Illa quoq̄ eorum est differētia: q̄ differentie contrarie permisceri vt ex se fiat aliquod: nō queūt. Accidentia vero cōtrarie: et quedam medietas ex alterutra cōtrarietate cōiūguntur. Ex rationabili enim et irrationabili nihil vnum iungi pōt. Ex albo vō et nigro fit aliq̄s medi⁹ color. expositis igitur distātijs differentie ad cetera restat de spē dicere: cui⁹ qd̄ differētijs ad genus ante collegimus: cū generis ad spēs differētijs dicebamus: eiusdēq̄ et speciei

speciei distantias ad differentiam diximus: cum differ-
rentie ad speciem dissimilitudines monstrabamus.
Restat igitur speciem proprio et accidenti cum com-
munionem coniungere tum differentiis segregare.

Speciei vero et proprio communis est quidem
de se inuicem predicari: nam homo etiam
risibile est: risibile homo est. risibile vero
quoniam secundum id quod natus est ri-
dere accipitur. sepe iam dictum est: equaliter enim
sunt species his que eorum participat. et propria quo-
rum sunt propria.

Communem inquit habent proprium atque species ad se
ipsa predicationes habere conuersas. Nam sicut spes
de proprio: ita proprium de specie predicatur: nam ut
est homo risibilis: ita risibile homo est. Idque iam su-
perius dictum esse commemorat: cuius communitatis
rationem subdit eam. scilicet equaliter spes indiuiduis par-
ticipant sicut eadem propria his quorum sunt propria. quod ra-
tio non videtur ad conuersionem predicationis accomoda-
ta: sed potius ad illam aliam similitudinem: quod sicut spe-
cies equaliter ab indiuiduis participantur: ita etiam
propria. eque enim Socrates et Plato homines sunt: si-
cut etiam risibiles. Itaque aliam communionem debe-
mus accipere illud quod est additum. equaliter enim
sunt species his que eorum participat: et propria quorum
sunt propria. An magis intelligendum hoc modo dictum
tanquam si diceret equalia sunt species et propria. nam quod
species eorum sunt species que speciebus ipsis parti-
cipant: et propria eorum propria que propriis partici-
pant. proprium atque species equaliter utriusque sunt. id est. neque
species superuadit ea que specie participat: nec propria
superuadit ea que propriis participat. Cumque pro-
pria specierum sunt propria. species ac propria equalia
esse necesse est atque inuicem predicari.

Differt autem species a proprio. quoniam
species quidem potest et alijs esse genus. pro-
prium vero aliarum specierum esse impos-
sibile est. et species quidem ante subsistit
quam proprium. proprium vero post fit in specie. opus
enim ante hominem esse: ut sit risibile. Amplius spe-
cies quidem semper actu adest subiecto. proprium
vero aliquando actu: potestate vero semper. homo
enim semper actu est Socrates: non vero semper ri-
det. quauis sit natura semper risibilis. Amplius
quorum termini differentes sunt et ipsa sunt differen-
tia: est autem speciei esse semper sub genere. et de
pluribus differentibus numero in eo quod quid sit pre-
dicari. et cetera huiusmodi: proprium vero est soli et omni
et semper adest.

Primum proprium et speciei differentiam dicit: quoniam
species potest aliquando in alias species derivari. id est.
potest esse genus: ut animal cum sit species animati
potest esse genus hominis: sed nunc non de his speciebus
loquitur que sunt specialissime: atque hunc confunderi
videtur error: quod cum de his speciebus dicere proposuerit
que essent ultime: nunc de his que sunt subalterne: et se-
pe locum generis obtineant differit. propria vero nullo modo
genera esse possunt: quoniam specialissimis adequantur.
Que quoniam genera esse nequeunt nec propria que
sunt sibi equalia esse permittuntur. Rursus species sem-
per ante subsistit quam proprium. nisi enim sit homo: risi-
bile esse non poterit: et cum ista simul sint: tamen sub-

stantie cogitatio precedit proprium rationem. Quod enim pro-
prium in accidentis genere collocatur. Eo enim differt
ab accidenti: quia circa omnem solam quolibet unam
speciem unum proprie predicationis continet. Quod si pro-
res sunt substantie quam accidentia: species vero substā-
tia est. Proprium vero accidens: non est dubium quoniam prior
sit species: proprium vero posterius. Discernunt etiam pro-
ris actu potestatisque natura. Species enim actu semper in-
diuiduis adest. Propria vero aliquotiens actu: pote-
state autem semper. Socrates enim et Plato actu sunt ho-
mines: non vero semper actu ridet: sed risibiles esse
dicuntur: tamen non rideat: ridere tamen poterit. Na-
tura itaque species et proprium semper subiectis adest: sed
actu species. Proprium vero non semper actu ut dictum
est. At rursus quoniam diffinitio substantiam monstrat:
eorum quorum diuerse sunt diffinitiones: diuerse sunt sub-
stantie. Est autem speciei diffinitio sub genere esse: et de
pluribus numero differentibus in eo quod quid sit pre-
dicari: quam superius expositam frequenter nunc iterare
opus non est. Proprium vero non ita diffinitur. Proprium
est quod uni et omni et semper speciei adest: quorum diffini-
tiones diuerse sunt: non est dubium speciem ac pro-
prium secundum nature sue terminos discrepare.

Speciei vero et accidentis communis qui-
des est de pluribus predicari. rare vero
alie sunt communitates propterea quam quod pluri-
mum distant a se accidens. et id cui accidit.

Species et accidentis similitudinem communem dicit de
pluribus predicari: de pluribus enim dicitur species
sicut et accidens. Raras vero dicit alias esse eorum com-
munionem. iccirco quoniam longe diuersum est id quod
accidit. et cui accidit. Cui enim accidit subiectum est at-
que suppositum. Quod vero accidit extrarie est atque ad-
uenientis nature. Item quod supponitur substantia est
quod vero velut accidens predicatur: extrinsecus venit
Que omnia multa eius quod est subiectum et eius quod
est accidens differentiam faciunt. tamen inueniri et
alie possunt speciei et accidentis inseparabilis com-
munitates: ut semper subiectis adest: eque enim homo
singulis hominibus semper adest: et inseparabilia ac-
cidentia singulis indiuiduis preesto sunt: et quod species
de his que indiuidua continent: eque de pluribus ut
accidentia indiuiduis predicantur. Nam homo de Socrate
et Platone: Illigrum vero atque album de pluribus cor-
uis et cignis quibus accidens est nuncupatur.

Propria vero utriusque sunt speciei in eo
quod quid est predicari de his quorum
est species. accidentis autem in eo quod qua-
le quiddam est vel quomodo se habens
et proprium est unamquamque substantiam: una qui-
dem specie participari. pluribus autem accidenti-
bus et separabilibus et inseparabilibus. Et species
quidem ante subintelligi potest quam accidentia. vel
si sint inseparabilia. oportet enim ante esse subie-
ctum. ut illi aliquid accidat. accidentia vero postero-
ris generis sunt et aduentitie nature. et speciei qui-
dem participatio equaliter est. accidentis vero vel
si inseparabile sit non equaliter. ethiops enim alio
ethiope habebit colorem. vel intensum vel remis-
sum secundum nigredinem. Restat igitur de pro-
prio et accidenti dicere. quo enim proprium a spe-
cie et differentia et genere differt. dictum est.

Secunda editio In porphi.

Quod nunc proprium speciei et accidentis se exequi pollicetur: tale proprium intelligendum est quod ut superius dictum est ad comparationem dicitur differentie: Species vero in eo quod quid est predicatur: accidens vero in eo quod quale. qua differentia non ab accidentibus solum species discernitur: verum etiam a differentiis et propriis nec solum species ab eisdem verum etiam genus. preterea quod species in eo quod quid est predicatur: accidens vero in eo quod quomodo se habeat: id quoque compositum est cum genere. genus quoque ab accidenti in eo quod quid est et quomodo se habeat per dicationem diuiditur. Item vnaquaque substantia vna videtur species continere: ut socrate homo. atque ideo Socrati vna tantum propinqua est species hominis. Rursus idem duo equo vna species equi est proxima. Itemque in ceteris vnicuique enim species vna species preest: at vero vnicuique subest si vnum accidens inuenitur. vnicuique enim species plura species accidentia supveniunt: ut socrati quod calidus: quod simus: quod glaucus: quod pensio ventre. et in alijs quidem substantijs de numero accidentium idem conuenit dicere. Dehinc semper autem accidentia species intelliguntur: nisi enim sit homo cui accidit aliquid accidens esse non poterit: et nisi sit que libet substantia cui accidens possit adiungi: accidens non erit. Omnis autem substantia propria specie continetur. recte igitur prius species: accidentia vero posteriora intelliguntur. Posterioris enim sunt (ut ait) generis et aduenticie nature. Illam que substantiam non informant recte aduenticie nature esse dicuntur et posterioris generis. His enim substantijs sunt: que ante differentiam informate sunt rursus quoniam species substantiam monstrat: substantia vero (ut dictum est) intentione ac remissione caret: speciei participatio intentionem remissionemque non suscipit. Accidens vero vel si inseparabile sit potest intentionis remissionemque cremento et decremento variari. ut ipsum inseparabile accidens quod ethiopicum est. s. nigredo. Potest enim quibusdam talis adesse ut sit fuscus proxima: alijs vero talis: ut sit niger rima. Restat nunc proprii communiones ac differentias persequi. Sed quod proprium differat a genere vel specie vel differentia superiora demonstratum est: cum quid genus vel species vel differentia a proprio distaret ostendimus. Nunc reliquum ad communitatem vel differentiam consideratio est: quod proprium accidentibus aut iungat aut segreget.



Commune autem proprii et accidentis inseparabile est. quod preter ea nunquam consistant ea in quibus considerantur. quemadmodum enim preter riuibile non subsistit homo ita nec preter nigredinem subsistit ethiops. et quemadmodum semper et omni adest proprium. sic inseparabile accidens.

Quoniam proprium: semper adest speciebus: nec eas villo modo relinquit: quoniamque inseparabile accidens a subiecto non potest segregari: hoc illis inter se videtur esse compositum. quod ea in quibus insunt preter propria vel inseparabilia accidentia esse non possunt. Inseparabilia vero accidentia comparat proprio: quoniam ut in specie dictum est rarissime sunt speciei atque accidentis similitudines. Quocirca multo magis proprii atque accidentis communitates difficile reperiuntur. Accidens enim in contrarium diuidi solet in inseparabile accidens atque separabile. que vero sub genere in contrarium diuiduntur: ea nullo alio nisi tantum generis predicatone participant. Quod si proprium inseparabile quoddam accidens est: a separabili accidenti plurimum differat: atque id nullas proprii et separabilis accidentis similitudines

querit. Sed quoniam ipsum certis quibusdam causis ab inseparabilibus accidentibus differt: horum et communitates inueniri possunt et inter se differentie: quarum vna quidem ea est quam superius exposuimus. secunda vero quoniam sicut proprium semper et omni speciei adest. ita etiam inseparabile accidens. Illam sicut risibile omni homini et semper adest: ita etiam nigrum omni coruo et semper adiuncta est.

Differat autem quoniam proprium vni soli speciei adest quemadmodum risibile homini. inseparabile vero accidens. ut nigrum non solum ethiopi. sed etiam coruo adest et carboni et ebano et quibusdam alijs. quare proprium conuersim de eo cuius est proprium predicatur et equaliter. inseparabile vero accidens conuersim non predicatur. et propriorum quidem equalis est participatio. accidentium vero hec quidem magis. illa vero minus. Sunt quidem et alie communitates vel proprietates eorum que dicta sunt. sed sufficiunt quidem hec ad discretionem eorum que dicta sunt communitatis traditionem.

Proprii atque accidentis prima quidem differentia est quoniam proprium semper de vna tantum specie dicitur: accidens vero minime: sed eius predicatio in plurimas diuersi generis substantias speciesque diffunditur. risibile enim de nullo alio nisi de homine predicatur. Nigrum vero quod est inseparabile quibusdam accidentibus: tam coruo quam ethiopi que diuersa sunt specie: coruo vero atque ebano que differunt generibus non tantum specie preest. quo fit ut propriis quidem conuersio equa seruetur. in accidentibus vero minime. Quoniam enim propria in singulis esse suam habent: atque omnes continent species: conuerso ordine predicantur. Illam quod risibile est homo est: et quod homo risibile. nigrum vero non ita: sed ipsum quidem de his predicari potest quibus inest. Illa vero ad huius predicationem conuerti retrahi non possunt. nigrum enim de carbone de ebano homine coruo predicatur: hec vero de nigro minime. Illam que plurima continent de his que continentur de sese continentibus nullo modo predicantur. Rursus propriis quidem equaliter participatur: accidens remissionibus atque intentionibus permutatur. omnis enim homo eque risibilis est. Ethiops vero non equaliter niger est sed (ut dictum est) aliquis quidem paulominus niger. Alius vero teterrimus inuenitur. et de proprii quidem atque accidentis differentiis satis dictum est: Restabat vero accidentis ad cetera communitates proprietatesque explicare: sed iam superius annumerate sunt cum generis et differentie: speciei proprii: et accidentis similitudines ac differentias assignauimus. fortasse autem his institutis animus sollertior factus alias preter eas: quas nunc diximus: communitates vel differentias quingque rerum que superius sunt posite reperiet. Sed ad discretionem atque eorum similitudines comparandas ea fere que sunt dicta sufficiunt. Illos etiam quoniam promissi operis portum tenemus: atque huius libri seriem primo quidem a rhetore victorino: post vero a nobis latina oratione conuersam gemina expositione patefecimus. hic terminum longo statuimus operi continenti. v. rerum disputationem et ad predicamenta seruanti.

finis.

Canicij